
MANUALE
AD USUM
ECCLESIÆ
NANETENSIS






Je apartient a Jacques guerin pbre

in ~~[illegible]~~ indiis b molles
in medio prava / [illegible] / [illegible]
in medico [illegible] [illegible] cantavi [illegible]

in [illegible] { b mol
in medio { natura
in medico { b carr

¶ Manuale ad vsum insignis ecclesie Nanetensis, rationem administrandi sacramenta ecclesiastica continens: omnibus curam animarum habētibus vtile ac necessarium: authoritate R. in Christo P. & domini D. Antonij à Crequy eiusdem ecclesie Episcopi nuper impressum.

¶ Vide ministerium quod accepisti in domino, vt illud impleas. Ad Coll. iiij.



¶ Veneunt Nanetis apud Mathurinum Papolin, & Gabrielem le Plat.

Cum priuilegio regis, & supremi senatus Britannie.

Incipit Manuale secundum usum insignis Ecclesie Nanetensis; et primo sequitur benedictio aque.



Adiutorium nostrũ in nomine domini. ℟m. Qui fecit celum & terram. ℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc & usque in seculum. Non dicitur. Oremus.

Exorcizo te creatura salis per Deum ✠ uiuum, per Deum ✠ uerum, per Deum ✠ sanctum: per Deum qui te per Heliseum Prophetam in aquam mitti iussit ut sanaretur sterilitas aque: ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium: ut sis om̃ibus sumẽtibus te sanitas aĩe & corporis: & effugiat, atque discedat ab eo loco quo aspersus fueris om̃is fantasia, & nequitia, uel uersutia diabolice fraudis: omnisq́ spiritus immundus adiuratus. Per eum qui uenturus est iudicare uiuos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Benedictio salis. Oremus.

Immensam clementiam tuam (omp̃s eterne Deus) humiliter imploramus: ut hanc creaturam salis quẽ in usum huma-

ni generis tribuisti, bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare tua pietate digneris, ut sit omnibus sumentibus salus mentis & corporis: & quicquid ex eo tactũ vel respersum fuerit, careat omni immundicia: omnique impugnatione spiritualis nequitie, per eum qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. Non dicitur Oremus.

Exorcizo te creatura aque in nomine Dei patris ✠ omnipotentis, & in nomine Jesu ✠ Christi filij eius domini ✠ nostri: & in virtute Spiritussancti, ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare et explantare valeas cum angelis suis apostaticis per virtutem eiusdẽ domini nostri Jesu Christi: qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Benedictio aque. Oremus.

Deus qui ad salutem humani generis maxima queque sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius inuocationibus nostris, & elemento huic multimodis purificationib⁹ preparato, virtutem tue bene ✠ dictionis infunde: ut creatura tua mysteriis tuis tibi seruiens ad

abiiciendos demones: morbosque pellendos: diuine gratie sumat effectum: vt quicquid in domibus vel in locis fidelium hec vnda respersserit, careat omni immundicia, liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilẽs: nõ aura corrumpens: discedant omnes insidie latentis inimici: & si quid est quod aut incolumitati habitantium inuidet aut quieti, aspersione huius aque effugiat: vt salubritas per inuocationem tui nominis expetita: ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum.

¶ Hic ponat sal in aquam in modum crucis, dicendo.

COmmixtio salis, & aque pariter fiat in nomine ✠ patris, & filij, & spiritussancti. Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DEus inuicte virtutis auctor, & insuperabilis imperij Rex, ac semper magnificus triumphator: qui aduerse dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis seuitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas: te domine trementes, & supplices deprecamur, ac peti-

mus, ut hanc creaturam salis & aque dignanter ✠ accipias, benignus ✠ illustres: pietatis tue more sanctifices: ut ubicunque fuerit aspersa per inuocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abiiciatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur: & presentia sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus ubique adesse dignetur. Qui tecum viuit & regnat in unitate eiusdem spirit⁹ sancti Deus. Per oia secula. Tunc sacerdos cum aspersorio aspergat aquam super assistentes in die dominico ante magnam Missam dicendo Asperges me domine ysopo & mundabor. Lauabis me, & super niuem dealbabor. Psal. Miserere mei De⁹. Deinde dicitur V. Ostēde nobis domine misericordiam tuam. R. Et salutare tuum da nobis. Oremus.

Exaudi nos domine sancte pater omnipotens eterne Deus: & mittere digneris sanctum angelum tuum de celis: qui custodiat, foueat, protegat, visitet, & defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum dominum nostrum.

¶ Ordo ad baptizandum infantes masculos, & primo cum peruenerint patrini et

matrine ad fores ecclesie sacerdos interroget si infans sit masculus aut femina, postea interroget quid petit & quomodo vocetur. Post hec sacerdos insufflet in faciem pueri & dicat.

Exi ab eo immunde spiritus & ad locum advenienti spiritui sancto paraclito in nomine ✠ patris & filij & spiritussancti. Amen. Tunc sacerdos faciat crucem police in fronte infantis, dicens N. Signum salvatoris domini nostri Jesu Christi in frontem tuam pono. Postea faciat crucem police in pectore infantis dicens N. Signum sancte cru ✠ cis domini nostri Jesu Christi in pectus tuum pono. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus pater domini nostri Jesu Christi respicere dignare super hunc famulum tuum N. quem ad rudimenta fidei dono vocare dignatus es, omnem cecitatem cordis ab eo expelle: disrumpe omnes laqueos sathane quibus fuerat colligatus: aperi ei domine ianuam pietatis tue, ut signo ✠ sapientie tue imbutus, omnium cupiditatum fetoribus careat: & ad suavem odorem preceptorum

tuorum letus tibi in ecclesia tua deseruiat et proficiat de die in diem, vt ydoneus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen. Oremus.

PReces nostras quesumus domine clementer exaudi: et hunc famulũ tuum N. crucis dominice cuius impressione eum signa ✠ mus virtute custodi, vt magnitudinis glorie tue rudimẽta fidei seruans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam peruenire mereatur. Per eũdem Christum dominum nostrum. Amen.

Oremus.

DEus qui humani generis ita es conditor vt sis etiam reformator, propitiare populis adoptiuis et nouo testamento sobolem noue prolis ascribe: vt filij promissionis quod non potuerũt assequi per naturam, gaudeant se recepisse per gratiam. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Exorcismus salis absque Oremus.

Adiutorium nostrum in nomine domini. Rm. Qui fecit celum et terram. Vsus. Sit nomen domini benedictum. R. Ex hoc nunc et vsque in seculum.

Exorcizo te creatura salis in nomine dei patris ✠ omnipotentis, et in charitate Domini nostri Jesu Christi, et in virtute ✠ spiritussancti. Exorcizo te per deum ✠ vivum per deum ✠ verum per deum ✠ sanctum, per deum qui te ad tutelam humani generis procreavit, et populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari precepit: ut in nomine ✠ sancte trinitatis efficiaris salutare sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te domine Deus noster ut hanc creaturam salis sanctificando ✠ sanctifices, benedicendo ✠ benedicas: ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina permanens in visceribus eorum in nomine domini nostri Jesu Christi qui venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem. Amen.

Tunc aspergatur sal aqua benedicta et ponat in ore infantis dicendo N. Accipe sal sapientie ut sit tibi dominus propitiatus in vitam eternam. Amen. Oremus.

Deus patrum nostrorum, deus universe veritatis conditor, te supplices exoramus: ut hunc famulum tuum N. respicere digneris propitius, et hoc primum

pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas, quominus cibo repleatur celesti: quatenus sit semper domine spiritu feruens, spe gaudens, tuo semper nomini seruiens perduc eum ad noue regenerationis lauacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum eterna premia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

DEus Abraham ✠ deus ysaac ✠ deus Jacob ✠ deus qui moysi famulo tuo in monte synai apparuisti: & filios Israel de terra egypti eduxisti: deputans eis angelum bonitatis tue qui custodiret eos die ac nocte: te quesumus domine: ut mittere digneris sanctum angelum tuum, ut similiter custodiat, & hunc famulum tuum N. & perducat eum ad gratiā baptismi tui. Per Christum dominum nostrum. Amen.

ERgo maledicte diabole recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, da honorem Jesu Christo filio eius, & spiritui sancto: ut exeas & recedas ab hoc famulo dei N. quia istum sibi deus & dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam & benedictionem fontem-

que baptismatis dono vocare dignatus est: & hoc signum ✠ sancte crucis quod nos fronti eius damus tu maledicte diabole nunquam audeas violare, per eum qui venturus est iudicare vivos & mortuos & seculum per ignem. Amen.

Oremus.

DEus immortale presidium omnium postulantium, liberatio supplicantium pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum: te invoco domine super hunc famulum tuum N. qui baptismi tui donum petens: eternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderat. Accipe eum domine: qui dignatus es dicere: petite & accipietis querite & invenietis: pulsate & aperietur vobis: petenti itaque premium porrige: & ianuam pande pulsanti: ut eternam celestis lavacri benedictionem ✠ consecutus: promissa tui muneris regna percipiat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

AUdi maledicte sathana, adiuratus per nomen eterni dei & salvatoris nostri Iesu christi filii eius cum tua victus invidia tremens gemensque discede: nichil tibi sit commune cum servo dei N. iam celestia

cogitante renunciaturo tibi ac seculo tuo: & beate immortalitati victuro. Da igitur honorem deo vivo & vero: da honorem advenienti spiritui sancto, qui ex summa celi arce descendens perturbatis fraudibus tuis divino fonte purgatum pectus: id est sanctificatum deo templum: & habitaculum perficiat, ut ab omnibus penitus noxis preteritorum criminum liberatus, servuus dei effectus gratias perenni deo referat semper & benedicat nomen eius sanctum, in secula seculorum. Amen. Deinde fit exorcismus sine Dominus vobiscum.

Exorcizo te immūde spiritus in nomine patris ✠ et filij ✠ & spiritus ✠ sācti: ut exeas & recedas ab hoc famulo dei N. ipse enim tibi imperat maledicte dānate qui pedibus super mare ambulavit, Petro mergēti dexteram porrexit. Ergo maledicte diabole recognosce sententiā tuam &c. ut supra.

Oremus.

Eternam ac iustissimam pietatem tuam deprecor domine sancte pater omnipotens eterne deus auctor luminis & veritatis: respice super hunc famulum tuum N. ut digneris eum illuminare lumine in-

telligentie tue, munda eum et sanctifica: da ei scientiam veram vt dignus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui: teneat firmam spem, consilium rectum: doctrinam sanctam: vt aptus sit ad percipiendam gratiam baptismi tui. Per Christum dominum nostrum. Amen. Hic ponat stolam in modum crucis super pectus infantis.

NEc te latet sathana imminere tibi penas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicij, diem supplicij sempiterni, diem qui venturus est velut clibanus ardens: in quo tibi atque vniuersis angelis tuis eternus superueniet interitus: proinde damnate atque damnande diabole da honorem deo viuo et vero: da honorem Jesu Christo filio eius et spiritui sancto, in cuius nomine atque virtute precipio tibi quicunque es spiritus immunde, vt exeas et recedas ab hoc famulo dei N. quem hodie deus et dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem fontemque baptismatis dono vocare dignatus est: vt fiat eius templum per aquam regenerationis in remissionem omnium peccatorum: in nomine eiusdem domini nostri iesu christi

qui venturus est iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem. Amen. Tunc tangat sacerdos aures pueri & mittat de sputo in dexteram et dicat Effeta. Deinde ad sinistram. Quod est adaperire. Deinde ad nares. In odorem suauitatis. Effeta: tu autē effugare diabole, appropinquabit enim iudicium Dei, in nomine patris & filij & spiritus sancti. Amen. Tunc intimet Sacerdos Patrinis & Matrinis vt dicant Pater noster. Aue Maria. Credo in Deum. Credo in Spiritum. Et postea presbyter dicat faciendo signum crucis super puerum & intrando ecclesiam Benedictio Dei ✠ patris omnipotētis & filij & spiritussancti veniat super te, & ad vitam te perducat eternam. Amen.

Tunc itur ad fontes & nudato puero patrinus teneat eum super fontes, & ceteri numero competenti apponant manus, & interroget Sacerdos nomen pueri & dicat N. Abrenuncias sathane? Patrini respondeant Abrenuncio. Sacerdos. Et omnibus operibus eius? Patrini respondeant. Abrenuncio. Sacerdos. Et omnibus pompis eius? Patrini. Abrenuncio. Tunc Sacerdos mittat de oleo sancto in pectore & inter scapu-

las pueri in modum crucis & dicat N. Et ego linio te oleo salutis in Christo Jesu domino nostro in vitam eternam. Amen.
Tunc dicat Sacerdos N. Credis in Deum patrem omnipotentem creatorem celi & terre: Patrini. Credo. Credis & in Jesum Christum filium eius unicum dñm nostrum natum & passum: Patrini. Credo. Credis et in spiritum sanctum, sanctam ecclesiam Catholicam, sanctorũ cõmunionẽ, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam eternam post mortem: Patrini. Credo. Sacerdos N. Quid petis. Patrini respõdeant. Baptismum. Sacerdos. Uis baptizari. Patrini respondeant. Uolo. Deinde interroget Sacerdos si puer fuerit baptizatus, & interroget nomen pueri & infundendo aquam dicat N. Et ego baptizo te In nomine patris & filij & spiritus sancti. Amen.

Sed si infans fuerit alias baptizatus ab aliqua muliere, tunc sacerdos dicat. Si tu non es baptizatus, ego baptizo te. In nomine patris & filij & spiritus sancti. Amen.
Postea faciat crucem de crismate in vertice capitis infantis, dicens. Dominus vobiscũ.

Modus baptizandi puerum.

DEus omnipotens pater dñi nostri Jesu Christi, qui te regenerauit ex aqua & spiritu sancto quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum. Hic vngat sacerdos puerũ in vertice, dicens ipse te liniat ✠ crismate salutis in christo Jesu domino nostro in vitam eternam. Amẽ. Tunc induatur puer veste alba & dicat sacerdos. N.

ACcipe vestem sanctam, candidam, & immaculatam, quam perferas ante tribunal domini nostri Jesu christi cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Postea mittat sacerdos lampadem in manu infantis dicens. N.

ACcipe lampadem ardentem quam irreprehensibilẽ teneas, & custodi baptismum tuum: vt cũ venerit dominus ad nuptias possis ei occurrere vna cum sanctis in aula celesti, & viuas cum eo in vitam eternã. Amen Deinde circa altare dicatur euangeliũ In principio. Et cum peruenerit ad locum. Et habitauit in nobis. Puer & patrini osculentur altare. Et finito euangelio & dicta oratione, sacerdos iniungat patrinis & matrinis vt dicant parentibus vt tute custodiant puerum vsque ad septẽnium a peri-

culis ignis & aque, & oib⁹ aliis, addiscant et fidem catholicā, scz Pater nr̄. & Aue maria. et Credo in deum. & Credo in spiritum.
¶ Incipit ordo ad baptizandum feminas. Et primo cum peruenerit ad fores ecclesie: sacerdos interroget, quomodo vocetur. Patrini imponant ei nomē. Post hec sacerdos insufflet in faciem puelle, & dicat.

Exi ab ea immunde spiritus, & da locū aduenienti spiritui sancto paraclito in nomine ✠ patris & filij & spiritus sancti. Amen. Deinde faciat sacerdos crucem in frontem infantis, dicens N. Signum salua ✠ toris domini nostri Jesu Christi in frontem tuam pono. Postea faciat crucem in pectore infantis, dicens N. Signū sancte cru ✠ cis domini nostri Jesu Christi in pectus tuum pono. Dominus vobiscum. Rm. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, pater domini nostri Jesu Christi, respicere dignare super hanc famulam tuam N. quam ad rudimenta fidei dono vocare dignatus es, omnem cecitatem cordis ab ea expelle: disrumpe omnes laqueos sathane, quibus fuerat colligata: aperi ei domine

ianuam pietatis tue, vt signo ✠ sapientie tue imbuta, omnium cupiditatum fetoribꝰ careat: & ad suauem odorem preceptorū tuorum leta tibi in ecclesia tua deseruiat et proficiat de die in diem, vt ydonea efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina. Per eum qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen. Oremus.

PReces nostras q̄s domine clementer exaudi, & hanc famulam tuam N. crucis dominice cuiꝰ impressione eam signa ✠ mus virtute custodi, vt magnitudinis glorie tue rudimēta fidei seruās, per custodiam mādatorum tuorum ad regenerationis gloriam peruenire mereatur. Per eum qui vēturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Amen. Oremus.

DEus qui humani generis ita es cōditor vt sis etiam reformator, propitiare populis adoptiuis et nouo testamento sobolem noue prolis ascribe: vt filij promissionis quod non potuerunt assequi per naturam, gaudeant se recepisse per gratiā. Per Christum dominum nostrum. Amen.

¶ Exorcismus salis absque. Oremus.

Adiutorium nostrum in nomine domini. Rm. Qui fecit celum et terram. Vsus. Sit nomen domini benedictum. R. Ex hoc nūc et usque in seculum. Non dicitur. Oremus.

Exorcizo te creatura salis in nomine dei patris ✠ omnipotentis, et in charitate dñi ✠ nostri Jesu Christi, et in virtute ✠ spiritussancti. Exorcizo te per deū ✠ viuum, per deum ✠ verum, per deum sanctum, per deum qui te ad tutelam humani generis procreauit, et populo venienti ad credulitatem per seruos suos cōsecrari precepit: vt in nomine ✠ sancte trinitatis efficiaris salutare sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te domine deus noster vt hanc creaturam salis sanctificando ✠ sanctifices, benedicendo ✠ benedicas: vt fiat omnibus accipientibus perfecta medicina permanens in visceribus eorū, in nomine domini nostri Jesu Christi, qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. Amen.

Tunc aspergatur sal aqua benedicta et ponat in ore infantis dicendo N. Accipe sal sapientie vt sit tibi dominus propitiatus in vitam eternam. Amen. Oremus.

Deus patrum nostrorum, Deus vniuerse conditor creature te supplices exoramus: vt hanc famulam tuam N. respicere digneris propitius, & hoc primum pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas, quo minus cibo repleatur celesti: quatenus sit semper domine spiritu feruens, spe gaudens, tuo semper nomini seruiens, perduc eam ad noue regenerationis lauacrum, vt cum fidelibus tuis promissionum tuarum eterna premia consequi mereatur. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Deus abraham ✠ deus ysaac ✠ deus Jacob ✠ deus qui Moysi famulo tuo in mōte Synai apparuisti: & filios Israel de terra Egypti eduxisti: deputans eis angelum bonitatis tue qui custodiret eos die ac nocte: te quesumus domine: vt mittere digneris sanctum angelum tuum, vt similiter custodiat, & hanc famulam tuam N. & perducat eam ad gratiam baptismi tui. Per Christum dn̄m nostrum. Amen.

Ergo maledicte dyabole recognosce sententiam tuam, & da honorem deo viuo & vero: da honorem Jesu Christo filio

eius, et spiritui sancto: ut exeas et recedas ab hac famula dei N. quia istam sibi Deus et dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem fontemque baptismatis dono vocare dignatus est: et hoc signum ✠ sancte crucis, quod nos fronti eius damus tu maledicte diabole nunquam audeas violare, per eum qui venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem. Amen. Deinde sacerdos faciat crucem in fronte infantis dicens.

Deus ✠ celi, deus ✠ terre, deus ✠ angelorum, deus archangelorum, deus patriarcharum, deus prophetarum, deus apostolorum, deus martyrum, deus confessorum, deus virginum, deus omnium bene viventium, deus cui omnis lingua confitetur et omne genu flectitur, celestium, terrestrium, et infernorum, te invoco domine super hanc famulam tuam N. ut perducere eam digneris ad gratiam baptismi tui. Ergo maledicte. ut su.

Deus immortale presidium omnium postulantium, liberatio supplicantium, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum: te invoco domine super hanc famulam tuam N. que baptismi tui

domum petens: eternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderat. Accipe eam domine: qui dignatus es dicere: petite & accipietis: querite & inuenietis: pulsate & aperietur vobis: petenti itaque premium porrige: & ianuam pande pulsanti: vt eternam celestis lauacri benedictionem ✠ consecuta, promissa tui muneris regna percipiat. Per Christum dn̄m nostrum. Amen.

DEus Abrahā, Deꝰ ysaac, Deus Jacob, Deus qui tribꝰ Jsrael de Egyptiaca seruitute liberasti, per Moysē famulum tuum de custodia mandatorū tuorum in deserto monuisti: & Susannam de falso crimine liberasti, te supplex deprecor dn̄e vt liberes hanc famulam tuam N. et perducere eam digneris ad gratiam baptismi tui. Ergo maledicte diabole. vt supra.

EXorcizo te immunde spiritus per patrem ✠ & filiū ✠ & spiritum ✠ sanctum: vt exeas & recedas ab hac famula Dei N. ipse enim tibi imperat maledicte dānate, qui ceco nato oculos aperuit, & quatriduanum Lazarum de monumēto suscitauit. Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam. Oremus.

E Ternam ac iustissimam pietatem tuam deprecor domine sancte pater omnipotens eterne deus auctor luminis & veritatis: respice super hāc famulam tuam N ut digneris eam illuminare lumine intelligentie tue, munda eam et sanctifica: da ei scientiam veram ut digna efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui: teneat firmam spem, cōsilium rectum: doctrinam sanctam: ut apta sit ad percipiendam gratiam baptismi tui. Per christum dominum nostrum Amen. Hic ponatur stola in modū crucis super pectus infantis dicens.

N Ec te latet sathana imminere tibi penas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicij, diem supplicij sempiterni, diem qui venturus est velut clibanus ardens: in quo tibi atque vniuersis angelis tuis eternus superueniet interitus: proinde damnate atque damnāde diabole da honorem deo viuo et vero: da honorem Jesu Christo filio eius et spiritui sancto, in cuius nomine atqꝫ virtute precipio tibi quicunqꝫ es spiritus immūde, ut exeas & recedas ab hac famula dei N quam hodie deus & dominus noster Jesus christus ad suam

sanctam gratiā & benedictionem, fontémq; baptismatis dono vocare dignatus est: vt fiat eius templum per aquam regenerationis in remissionem omnium peccatorum: in nomine eiusdē domini nostri Jesu Christi, qui venturus est iudicare viuos & mortuos & seculū per ignē. Amē. Tūc sacerdos tangat aures puelle de sputo, & mittat in dexterā & dicat. Eff eta. Deinde ad sinistrā & dicat Quod Est Adaperire.·. Ad nares In odorem suauitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim iudiciū Dei. Tūc sacerdos faciendo signum crucis supra infantem dicens. Benedictio dei ✠ patris omnipotentis & filij & spiritussancti veniat super te, & ad vitā te perducat eternam. Amen. Deinde itur ad fōtes, & nudata puella patrinus teneat eam super fōtes & ceteri numero competenti apponant manus, & interroget sacerdos nomen puelle et dicat N. Abrenuncias sathane? Patrini respondeant. Abrenūcio. Sacerdos Et omnibus operibus eius? Patrini. Abrenūcio. Sacerdos. Et omnibus pompis eius? Patrini. Abrenūcio. Tūc sacer. mittat de oleo sctō in pectore & īter scapulas puelle in mo-

dum crucis & dicat N. Et ego linio te oleo
salutis in Christo Jesu domino nostro in
vitam eternã. Amẽ. Deinde dicat sacerdos
N. Credis in Deum patrẽ omnipotẽtem
creatorem celi & terre? Patrini respõdeant
Credo. Sacerdos. Credis & in Jesũ Chri-
stum filium eius vnicum dñm nostrum na-
tum & passum? Patrini respõdeant. Credo.
Sacerdos. Credis & in spm̃ sanctũ, sanctã
eccl'iam catholicã, sctõrũ cõmunionẽ, remis-
sionẽ pctõrũ, carnis resurrectionẽ, & vitam
eternam post mortẽ? Patrini. Credo. Dein-
de sacerdos inquirat si infans fuerit bapti-
zata & interroget nomen puelle & dicat N.
Quid petis? Patrini respondeant. Baptis-
mum. Sacerdos. Vis baptizari? Patrini.
Volo. Tũc sacerdos baptizet eã & mergat
dicendo N. Et ego baptizo te In nomine
patris & filij & spiritus sancti. Amẽ. Simul
aquam mergendo & verba dicendo, vt ver-
ba, & elementum inuicem concurrant alias
non esset sacramentum, quia in his est for-
ma sacramenti huiusmodi. Si vero fuerit
alias baptizata ab aliqua muliere vel ab a-
liquo homine laico. Tũc sacerdos debet di-
cere. Si tu non es baptizata, ego baptizo te.

Modus baptizandi feminas.

In nomine patris. &c. Cum autem fuerit leuata à fonte faciat sacerdos crucē de crismate in vertice eius, dicens. Oremus.

DEus omnipotens pater domini nostri Jesu Christi, qui te regenerauit ex aqua & spiritu sancto, quiqꝫ dedit tibi remissionem omnium peccatorum. Hic vngat sacerdos puellā in vertice, dicens ipse te liniat ✠ crismate salutis in christo Jesu domino nostro in vitā eternam. Amen. Tunc induatur vestibus albis & dicat N.

ACcipe vestem sanctam, candidam, & immaculatam, quā perferas ante tribunal dn̄i nostri Jesu Christi, cui est honor & gloria in secula seculorū. Amē. Postea mittat lāpadē in manu infantis, dicens N.

ACcipe lampadē ardētem quam irreprehēsibilem teneas, & custodi baptismum tuum: vt cū venerit dominus ad nuptias possis ei occurrere vna cum sanctis in aula celesti, & viuas cum eo in vitā eternā. Amē. Deinde circa ante altare dicatur euāgeliū. In principio. Et cū puenerit ad locū Et habitauit ī nobis. Puella & patrini osculentur altare & finito euāg. & dicta oratione sacer. iniūgat patrinis & matrinis, vt dicāt

parētib⁹, q tute custodiāt puellā vsq ad septēniū a piculis ignis et aque et q addiscāt et fidē catholicā scz Pr nr. et Aue ma. et Credo
¶ Nota q plures masculi possūt simul baptizari vel etiā plures femie vtēdo verbis in plurali numero Nō aūt mascul⁹ cū femina nisi i extrema necessitate. et tūc tm dicet Ego baptizo vos in noie patris et filij et spūs sancti.
¶ Incipit ordo extreme vnctionis. Primo cū peruenit sacerd, in domū infirmi habeat crucē erectā et exhortādo ifirmū exhortatio nib⁹ pijs ad arbitrium eius, faciat crucem cum reuerentia deosculari, etiam cruci debetur cult⁹ latrie, et postea ponatur in loco vbi ab infirmo videri possit. Post hec dicat.

PAx huic domui et oibus habitātibus in ea: Benedic dñe domū istam et omnes habitātes in ea quia tu dñe dixisti: Pax huic domui, benedic dñe timētes te pusillis cū maioribus: benedicti vos a dño qui fecit celū et terram. ℣. Ecce q bonū et q iocūdū. ℟. Habitare fratres in vnum. Oremus.
INtroeat domie domum hanc sub nostre humilitatis ingressum eterna felicitas, diuina prosperitas, serena letitia, charitas fructuosa. Effugiat ex hoc loco

accessus demonũ qui hanc deserat effugata discordia et pax illesa possideat. Magnifica super nos domine nomẽ tuum ⁊ bene ✠ dic nostre cõuersationi, sancti ✠ fica hoc habitaculum: sãctifica ✠ nostre humilitatis ingressum, qui sanctus ⁊ pius es ⁊ permanens in secula seculorum. Amen. Tunc aspergat sacerdos infirmum aqua benedicta simul omnes astãtes ⁊ etiam per totã cameram vbi iacet infirmus. dicens. Rm.

Asperges me domine ysopo ⁊ mundabor: lauabis me, et super niuem dealbabor. ps. Miserere mei deus. Secundum magnam misericordiam tuam. Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spũi sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper, et in secula seculorũ. Amen. Lauabis me. ⁊c. V. Ostende nobis domine misericordiam tuam. R. Et salutare tuũ da nobis.

Oremus.

Exaudi nos domine sancte pater omnipotens eterne deus: et mittere dignare sanctum angelum tuum de celis: qui custodiat, foueat, ꝓtegat, visitet, ⁊ defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per christum dominum nostrum. Amen.

Sed tēpore paschali videlicet a die pasche, ad festum trinitatis exclusiue dicatur R̃m.

Vidi aquam egrediētem de templo a latere dextro alleluia. Et omnes ad quos peruenit aqua ista salui facti sunt, et dicent alleluia alleluia. ps. Saluū me fac deus: qm̄ intrauerunt aque vsqꝫ ad animā meam. V. Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui sancto. Et omnes ad quos peruenit aqua ista. V. Ostende nobis dn̄e misericordiā tuā. cum oratione Exaudi. vt supra proxime si tempus patiatur, et post hec incipiat sacerdos septē psalmos penitentiales nisi periculum mortis cito videat euenire, quia tūc in tali necessitate incipiendū erit ab vnctione vt postea notabitur: dicat ergo sub hac Antiphona. Parce domine.

¶ Sequuntur septem psalmi penitentiales.



Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
Miserere mei dñe quoniã infirm⁹ sum: sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea.
Et anima mea turbata est valde: sed tu domine usquequo?
Cõuertere domine & eripe animã meam: saluum me fac propter misericordiam tuã.
Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis cõfitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectũ meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.
Turbatus est à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.
Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit domin⁹ vocem fletus mei.
Exaudiuit dominus deprecationem meã: dominus orationem meam suscepit.
Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubescant valde velociter.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio. Psalmus.
Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir cui non imputavit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui inveteraverunt ossa mea: dum clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: conversus sum in erumna mea dum configitur spina.
Delictum meum cognitum tibi feci: et iniustitiam meam non abscondi.
Dixi, cõfitebor adversum me iniustitiam meam domino: et tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tẽpore oportuno.
Veruntamen in diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meum a tribulatiõe, que circundedit me: exultatio mea erue me a circundantibus me.
Intellectum tibi dabo et instruã te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus ⁊ mulus: quibus non est intellectus.
In chamo ⁊ freno maxillas eorũ cõstringe: qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris: sperantem autem in domino misericordia circundabit.
Letamini i domino ⁊ exultate iusti: ⁊ gloriamini omnes recti corde.
Gloria patri. Sicut erat. Psalmus.
Domine, ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.
Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: et confirmasti super me manum tuam.
Nõ est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorũ meorum.
Quoniã iniquitates mee supergresse sunt caput meum: et sicut onus graue grauate sunt super me.
Putruerũt ⁊ corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee.
Miser factus sum ⁊ curuat⁹ sum vsque in finem: tota die contristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum ⁊ humiliatus sum nimis:

rugiebam à gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus.
Cor meum cõturbatum est, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum.
Amici mei & proximi mei: aduersum me appropinquauerunt & steterunt.
Et qui iuxta me erant de longe steterunt: & vim faciebant qui querebant aĩam meã.
Et qui inquirebãt mala mihi locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanquã surdus non audiebã: & sicut mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones.
Quoniã in te domine speraui: tu exaudies me domine Deus meus.
Quia dixi, nequando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei super me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei viuunt & confirmati

sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me inique.
Qui retribuunt mala p bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me.
Intēde in adiutoriū meum domine deus salutis mee. Gloria patri. Psalmus.
Miserere mei deus: secūdum magnā misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem miserationū tuarum: dele iniquitatem.
Amplius laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me.
Qm̄ iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.
Tibi soli peccaui & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sū: & in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatē dilexisti: incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi.
Asperges me dn̄e ysopo et mundabor: lauabis me, et super niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium, & letitiam:

et exultabunt ossa humiliata.
Auerte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me deus: ꝛ spiritum rectum innoua in visceribus meis.
Ne proiicias me a facie tua: ꝛ spiritũ sanctum tuum ne auferas a me.
Redde mihi letitiam salutaris tui: ꝛ spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: ꝛ impii ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus, deꝰ deus salutis mee: ꝛ exultabit lingua mea iustitiã tuã.
Domine labia mea aperies: ꝛ os meum annunciabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: vtique holocaustis non delectaberis.
Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum ꝛ humiliatum deus non despicies.
Benigne fac domine in bona volũtate tua sion vt edificentur muri Hierusalem.
Tunc acceptabis sacrificium iustitie oblationes ꝛ holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.
Gloria patri. Sicut erat. Psalmus.

DOmine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuã à me: in quacunque die tribulor inclina ad me aurem tuam.
In quacunque die inuocauero te: velociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerunt.
Percussus sum vt fenum, & aruit cor meũ: quia oblitus sum comedere panem meum.
A voce gemitus mei: adhesit os meum carni mee.
Similis factus sum pelicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui: & factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me aduersum me iurabãt.
Quia cinerem tanquã panem mãducabã: & potum meum cum fletu miscebam.
A facie ire indignationis tue: quia eleuãs allisisti me.
Dies mei sicut vmbra declinauerũt: & ego sicut fenum arui.
Tu autem dñe in eternũ permanes: & memoriale tuũ in generatione & generationẽ.

Tu exurgens dñe misereberis Sion: quia tempus miserẽdi eius, quia venit tempus.
Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: & terre eius miserebuntur.
Et timebunt gẽtes nomen tuum domine: & omnes reges terre gloriam tuam.
Quia edificauit dominus Siõ: & videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humilium: & non spreuit precem eorum.
Scribãtur hec in generatione altera: & populus qui creabitur laudabit dominum.
Quia prospexit de excelso sancto suo: dominus de celo in terram aspexit.
Ut audiret gemitus cõpeditorum: vt solueret filios interemptorum.
Ut annuncient in Sion nomen domini: & laudem eius in Hierusalem.
In conueniendo populos in vnum: & reges vt seruiant domino.
Respondit ei in via virtutis sue: paucitatem dierum meorum nuncia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorũ: in generatione & generationem anni tui.
Initio tu domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt celi.

Ipsi peribunt tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Filii servorum tuorum habitabunt: & semen eorum in seculum dirigetur.

Gloria patri & filio. Psalmus.

De profundis clamavi ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tue intendẽtes: in vocem deprecationis mee.

Si iniquitates observaveris domine: domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te domine,

Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in domino.

A custodia matutina usq; ad noctem: speret Israel in domino.

Quia apud dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnib9 iniquitatibus eius. Gloria patri. Psalmus.

Domine exaudi orationẽ meã: auribus percipe obsecrationem meã: in

veritate tua exaudi me in tua iustitia.
Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.
Quia persecutus est inimicus animā meā: humiliauit in terra vitam meam.
Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxiatus est super me spiritus me⁹: in me turbatum est cor meum.
Memor fui dierum antiquorum, meditat⁹ sum in omnibus operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum.
Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui.
Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam: quia Deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terrā

rectam: propter nomē tuum domine viuificabis me in equitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum.

Gloria patri. Sicut erat in principio.

¶ Hic sequitur ordo tenendus in vnctione pro viris & feminis. Antiphona.

Parce domine, parce famulo tuo, quem redemisti Christe sanguine tuo ne in eternum irascaris ei. Letania.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Christe audi nos. Christe exaudi nos. Christe adiuua nos.

Pater de celis deus: miserere ei.

Fili redemptor mundi deus: miserere ei.

Spiritus sancte deus: miserere ei.

Sancta trinitas vnus deus: miserere ei.

Sancta Maria Ora pro eo. vel ea.

Sancta dei genitrix, ora pro eo.

Sancta virgo virginum, ora pro eo.

Sancta regina celorum, ora pro eo.

Sancte Michael, ora pro eo.

Sancte Gabriel, ora pro eo.

Sancte Raphael, ora pro eo.
Sancte Uriel, ora pro eo.
Omnes sancti angeli et archangeli Dei,
Orate pro eo.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines Dei, Orate pro eo.
Sancte Joannes Baptista, ora pro eo.
Omnes sãcti Patriarche et Prophete Dei.
Orate pro eo, ea.
Sancte Petre, ora pro eo, ea.
Sancte Paule, ora pro eo ea.
Sancte Andrea, ora pro eo ea.
Sancte Joannes euangelista ora p eo ea.
Sancte Jacobe, ora pro eo ea.
Sancte Philippe, ora pro eo ea.
Sancte Bartholomee, ora pro eo ea.
Sancte Matthee, ora pro eo ea.
Sancte Simon, ora pro eo ea.
Sancte Juda, ora pro eo ea.
Sancte Jacobe, ora pro eo ea.
Sancte Luca, ora pro eo ea.
Sancte Barnaba, ora pro eo ea.
Sancte Thoma, ora pro eo ea.
Sancte Marce, ora pro eo ea.
Sancte Matthia, ora pro eo ea.
Omnes sancti Apostoli et Euãgeliste Dei,

Orate pro eo.

Omnes sancti discipuli dñi, orate pro eo.
Omnes sancti Innocentes, orate pro eo.
Sancte Stephane, ora pro eo.
Sancte Donatiane, ora pro eo.
Sancte Rogatiane, ora pro eo.
Sancte Line, ora pro eo.
Sancte Clete, ora pro eo.
Sancte Clemens, ora pro eo.
Sancte Sixte, ora pro eo.
Sancte Corneli, ora pro eo.
Sancte Cypriane, ora pro eo.
Sancte Crysogone, ora pro eo.
Sancte Clemens, ora pro eo.
Sancte Laurenti, ora pro eo.
Sancte Vincenti, ora pro eo.
Sancte Georgi, ora pro eo.
Sancte Geruasi, ora pro eo.
Sancte Protasi, ora pro eo.
Sancte Christophore, ora pro eo.
Sancte Fabiane, ora pro eo.
Sancte Sebastiane, ora pro eo.
Sancte Cosma, ora pro eo.
Sancte Damiane, ora pro eo.
Sancte Eutropi, ora pro eo.
Sancte Gũharde cũ sociis tuis, Ora ꝓ eo.

Sancte Eustachi cum sociis tuis, ora p eo.
Sancte ypolite cum sociis tuis, ora pro eo.
Sancte Dionysi cum sociis tuis, ora p eo.
Omnes sancti Martyres Dei, orate pro eo.
Sancte Martine, ora pro eo.
Sancte Nicolae, ora pro eo.
Sancte Siluester, ora pro eo.
Sancte Clare, ora pro eo.
Sancte Felix, ora pro eo.
Sancte Paschasi, ora pro eo.
Sancte Hylari, ora pro eo.
Sancte Ambrosi, ora pro eo.
Sancte Augustine, ora pro eo.
Sancte Gregori, ora pro eo.
Sancte Aniane, ora pro eo.
Sancte Guillerme, ora pro eo.
Sancte Benedicte, ora pro eo.
Sancte Roberte. ora pro eo.
Sancte Hieronyme, ora pro eo.
Sancte Leonarde, ora pro eo.
Sancte Francisce, ora pro eo.
Sancte Ludouice, ora pro eo.
Sancte Fiacri, ora pro eo.
Sancte Theobalde, ora pro eo.
Sancte Maure, ora pro eo.
Sancte Eligi, ora pro eo.

Sancte yuo, ora pro eo.
Omnes sancti confessores dei, orate p eo.
Omnes sancti monachi & eremite dei, or.
Sancta Anna. ora pro eo.
Sancta Maria magdalena, ora pro eo.
Sancta Maria egyptiaca, ora pro eo.
Sancta petronilla, ora pro eo.
Sancta felicitas, ora pro eo.
Sancta perpetua, ora pro eo.
Sancta agatha, ora pro eo.
Sancta agnes, ora pro eo.
Sancta lucia ora pro eo.
Sancta cecilia, ora pro eo.
Sancta anastasia, ora pro eo.
Sancta scholastica, ora pro eo.
Sancta susanna, ora pro eo.
Sancta catherina, ora pro eo.
Sancta margareta, ora pro eo.
Sancta christina, ora pro eo.
Sancta fides, ora pro eo.
Sancta spes, ora pro eo.
Sancta charitas, ora pro eo.
Sancta eufemia, ora pro eo.
Sancta genouefa, ora pro eo.
Sancta iuliana, ora pro eo.
Sancta radegundis. ora pro eo

Sancta emerentiana. ora pro eo.
Sancta apollonia, ora pro eo.
Omnes sancte virgines dei, Orate p eo ea.
Omnes sancti et sancte dei, Orate pro eo.
Propitius esto. Parce ei domine.
Ab omni malo. Libera eum eam domine.
Ab insidiis diaboli. Libera eum domine.
A damnatione perpetua. Libera eũ dñe.
Ab egritudiue sui corporis. Libera eum eam domine.
A presenti infirmitate. Lib. eum eam dñe.
A laqueis diaboli. Libera eum eam dñe,
A penis inferni, Libera eum eam domine
Per mysterium sancte incarnationis tue.
Libera eum eam domine.
Per aduentũ tuũ. Libera eum eam dñe.
Per natiuitatem tuã. Libera eum eã do.
Per circuncisionem tuã. Libera eũ eã dñe.
Per apparitionẽ tuam. Li. eum eam dñe.
Per ieiunium tuum. Libera eũ eam dñe.
Per passionem crucem et mortem tuam.
Libera eum eam domine.
Per gloriosam resurrectionem tuam.
Libera eum eam domine.
Per admirabilem ascensionem tuam.
Libera eum eam domine.

Letania.

Per gratiam sancti Spiritus paracliti, Libera eum eam domine.

In hora mortis. Succurre ei domine.

In die iudicii. Libera eum eam domine.

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Ut pacem ei dones, Te rogamus audi.

Ut infirmum istum visitare digneris, Te rogamus audi nos.

Ut compunctionem cordis ei dones, Te.

Ut cogitationes prauas ab eo amoueas, Te rogamus audi nos.

Ut fidem, spem, & charitatē ei dones, Te.

Ut indulgentiam delictorum suorum ei donare digneris, Te rogamus audi nos.

Ut oculos misericordie tue super eum reducere digneris, Te rogamus audi nos.

Ut spacium vere penitentie ei dones, Te.

Ut salutem mentis & corporis ei tribuas, Te rogamus audi nos.

Ut ad gaudia eterna eū perducas, Te ro.

Ut nos exaudire digneris, Te rogamus.

Fili Dei, Te rogamus audi nos.

Agnus Dei qui tollis peccata mūdi, Parce ei domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Libera eum domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mūdi, Miserere ei: & dona ei pacem.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Aue Maria. Et ne nos inducas in tentationē. Sed libera nos à malo. Et veniat super istum infirmum, istam infirmā misericordia tua domine. Et salutare tuum secundum eloquium tuum. Saluum fac seruum tuum seruam tuam. Deus meus sperantē in te. Dominus cōseruet eum & viuificet eum. Et beatū faciat eum in terra egrotantem & sperātem in se. Dn̄s opem ferat illi. Super lectū doloris. Dominns custodiat eum ab omni malo. Ab omni malo custodiat animā suā dominus. Mittat ei dn̄s auxilium suum de sancto. Et de Sion tueatur eum. Esto ei domine turris fortitudinis. A facie inimici. Exurge domine adiuua eū. Et libera eum propter nomen tuum. Domine Deus virtutum cōuerte eum. Et ostende faciem tuā & saluus erit. Dominus vobiscū. Et cum spiritu tuo.

ORemus dominū nostrū Iesum Christū fratres charissimi & cū omni supplicatione rogemus, vt hunc famulū suum

hanc famulam suam per angelum sanctũ suum visitare, letificare ⁊ cõseruare digne-tur. Qui cum patre et spiritu sancto viuit ⁊ regnat in vnitate deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Oremus.

Dimitte q̃s dñe peccata nostra ⁊ tri-bue nobis miam tuam qua oris no-stri alloquio deprecatus famuli tui, famule tue humilitatem atq; angustiã attendas, vincula soluas, delicta deleas, tribulationẽ inspicias, aduersitatem repellas, affectũq; petitionis nostre largiens clementer exau-dias. Per christum dominum. Oremus.

Omñs sempiterne de⁹ qui subuenis in periculis ⁊ necessitate laborantib⁹ ma-iestatem tuam suppliciter exoram⁹: vt mit-tere digneris sanctum angelum tuũ qui fa-mulũ tuũ N. in necessitatibus ⁊ angustiis laborantem consolationibus tuis attollat, quibus et de presenti consequatur auxiliũ ⁊ eterna remedia cõprehẽdat. Per christũ.

Omñs sempiterne deus, qui per beatũ Jacobum apostolum tuum inducere presbyteros ecclesie ⁊ vngere oleo infirmos precepisti, presta quesum⁹ dñe, vt digneris per manus nostras hũc famulum tuũ hanc

famulam tuā. de oleo isto sanctificato vn-
gere & benedicere, & q exterius postulātes
amplectimur hoc interius spiritualiter di-
uina tua virt⁹ inuisibiliter operetur. Per.

Omnipotens sempiterne deus qui per
beatū Jacobum apostolū tuū dixisti,
Infirmatur quis in vob: inducat presbyte
ros ecclesie & orent super eum, vngentes eū
oleo in nomine dn̄i: & oratio fidei sanabit
infirmū, infirmā, & alleuiabit eū eā. dn̄s, & si
in peccatis sit dimittētur ei: te supplices exo
ram⁹: vt hic famulus tuus, hec famula tua
per mysterium nostre inuocationis & donū
tue pietatis peccatorum suorum veniā cō-
sequi: et ad vitam eternā peruenire merea-
tur. Per christum dominū nostrū. Amen.

Domine deus qui per apostolū tuum
locut⁹ es, infirmatur quis in vobis:
inducat presbyteros ecclesie vt orent super
eū vngētes eū oleo sancto in nomine dn̄i, &
oratio fidei saluabit īfirmū & alleuiabit eū,
eam dn̄s: & si in peccatis sit, dimittentur ei.
Cura ergo quesum⁹ redemptor noster gra-
tia spiritussancti lāguores istius infirmi in
firme & sua sana vulnera eiusq; dimitte pec
cata atq; dolores cunctos cordis & corporis

ab eo, ea expelle, plenāq3 ei interi⁹ exteriusq3
sanitatem misericorditer redde: vt ope mie
tue adiut⁹ adiuta, et sanatus sanata ad pri-
stina pietatis tue reparetur officia. Qui vi
uis et regnas deus. Per omnia. Oremus.

Deus qui peccatores et scelerū onere
vulneratos sacerdotibus tuis ostē-
dere voluisti, deus qui discipulis tuis vt be-
ne haberent manus super infirmos ponere
precepisti, de⁹ qui per apostolos tuos infir-
mos sacro oleo vngere, et p eis orare docui-
sti: deus qui per impositionem man⁹ sacer-
dotū cum tui sancti nominis inuocatione
peccata relaxari voluisti: exaudi orationes
nostras et da famulo tuo, famule tue, infir-
mitatis sue noxa oppresso, oppresse. per hoc
sacrū mysterium qd nos indignos famulos
tuos agere docuisti remissionē oīm peccato
rum: quaten⁹ per huius operationē myste-
rij, et per hanc sacrati olei vnctionem, et per
man⁹ nostre impositionē: cuncta eius faci-
nora spiritussancti gratia relaxētur, venia
impetretur, sanitas corporis et anime resti-
tuatur, fomenta etiam medicine tue eū ex-
terius interiusq3 imbuant, et a te sanetur, vt
non plus ei noceat sue consciētie reatus ad

penam, ꝙ indulgentia ⁊ reconciliatio tue pietatis atqꝫ remissionis ad veniam. Qui.

¶ Nunꝙ inter scapulas est vngēdꝰ infirmꝰ teste Reimūdo in sua sūmula. ¶ Hic vngat sacerdos infirmū in certis locis prout sequitur dicendo vngendo .i. oculos egrotantis.

PEr istam sanctam vnctionē, et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus noster Jesus christꝰ quicquid peccasti per visum. Qui cū deo patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat deus. Per omnia secula seculorum. Chorus respondeat Amen. Et liniendo oculos dicat In nomine patris ✠ ⁊ filij et spiritussancti. Amen.

Vngendo aures.

PEr istam sanctam vnctionē, ⁊ suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus noster Jesus Christus quicquid deliquisti per auditum. Qui cum deo patre ⁊ spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum. Amen. Jn nomine patris ✠ ⁊ filij ⁊ spiritussancti Amen.

Vngendo nares.

PEr istam sanctam vnctionem ⁊ suā piissimam miam indulgeat tibi dñs noster iesus christus quicquid deliquisti per

odoratum. qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum. Amen. In nomine patris ✠ ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. Amen. Ad os et gustum.

Per istam sanctã vnctionem ⁊ suam piissimam miam indulgeat tibi dñs quicquid deliquisti per gulã siue illicitam locutionẽ, ⁊ per istam sanctã vnctionẽ, ⁊ suam piissimã miam idulgeat tibi dñs noster iesus christꝰ quicquid deliquisti per gustum: qui cũ patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat deꝰ. Per omnia secula seculorum amen. In nomine patris ✠ ⁊ filij ⁊ spiritussancti Amen.

¶ Ungẽdo lumbos si sit vir. Sed si sit mulier, vngatur vmbilicus.

Per istam sanctam vnctionẽ, et suam piissimam miam: indulgeat tibi dñs noster iesuschristus quicquid deliquisti per ardorem libidinis siue per illicitas cogitationes. Qui tũ patre et spiritu sancto viuit ⁊ regnat deus: per omnia secula seculorum Amẽ. In noie p̃ris ✠ ⁊ filii ⁊ spũs scti amẽ.

¶ Ungẽdo manꝰ siue tactu intra, si sit laycus. Sed si sit sacerdõ, vngatur extra manꝰ.

Per istam sanctam vnctionem ⁊ suã piissimam miam indulgeat tibi dñs

noster iesus christusquicquid deliquisti per tactum. Qui cū patre et spiritu sancto viuit et regnat deus per omnia secula seculorum Amen. In nomine patris ✠ et filij et spirit⁹ sancti. Amen. Ungendo pedes.

PEr istam sanctam vnctionē: et suam piissimam miam indulgeat tibi dn̄s noster iesus christ⁹ quicquid deliquisti per incessum pedum. Qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat deus. Per omnia secula seculorum amen. In nomine patris et filij ✠ et spiritussancti. Amen. His dictis dicat sacerdos. Dominus vobiscum. Et cū spiritu tuo.

ORemus deum patrē omnipotentē pro famulo suo, famula sua quem varia vexat infirmitas: vt deus omnipotēs alleuiet eum, eam, a lecto egritudinis eius, et ecclesie sue sancte faciat interesse conuētibus Qui viuit et regnat deus Per omnia secula seculorum. Amen. Oremus.

DEus misericors, deus clemens, deus qui secundū multitudinē miserationū tuarū peccata penitentiū deles et preteritorum criminū culpas, venia remissionis euacuas: respice super hunc famulum tuū

famulā tuam, remissionem oīm peccatorū suorū tota cordis contritione poscentē deprecat⁹ exaudi: renoua in eo piissime pater quicquid terrena fragilitate corruptum est vel quicquid diabolica fraude violatum est & in vnitate corporis ecclesie tue mēbrū perfecta remissione restitue, miserere domine gemituum, miserere lachrimarū, & non habentē fiduciam, nisi in tua mīa ad sacramētū recōciliationis admitte. Per. Oremus.

DOmine de⁹ saluator noster qui es vera salus et medicina: et a quo omnis sanitas et medicamentum venit, quiq; nos apostoli tui Jacobi documento instruxisti: vt languentes olei liquore orantes tangeremus: respice propitius super hunc famulum tuum, hanc famulam tuam, & quē languor curuat ad exitum, & virium defectus trahit ad occasum, medela tue gratie saluti restituat, medicator febrium ei⁹ dolorū stimulos acbitiorū contere cruciatus, egritudinum oīm dissolue tormēta, & superbie inflationem cōpesce, vlcera & putredines viciorū euacua: viscerū interna cordiū ac medullarum & cōtagionū sana discrimina, cōscientiarū, atque plagarū, obducito cicatri-

ces veteres, immensásq; remoue passiones, carnis & sanguinis materiã refoue ac delictorũ illi veniam propitiatus tribue. Sicq; eũ eam iugiter tua pietas custodiat: vt nec ad corruptionem aliqñ sanitas: nec ad perditionem nunc te auxiliãte perducat infirmitas. Sed fiat illi hec olei sacra perũctio: & presentis morbi concita expulsio: & peccatorum oim exoptata remissio. Per te Jesu Christe saluator mũdi. Qui viuis & regnas cum deo patre in vnitate spũssancti Deus. Per omnia secula seculorũ. Amen. Orem⁹.

PRopicietur dñs cũctis iniquitatibus tuis, & sanet omnes languores tuos, redimátq; de interitu vitam tuam, & satiet in bonis desiderium tuum, conuertat ad te faciem suam & det tibi pacem. Qui viuis.

OMps sẽpiterne Deus sal⁹ eterna credentium, exaudi nos pro famulo tuo, famula tua, pro quo nunc tuũ imploramus auxiliũ: vt reddita sibi sanitate gratiarum in ecclesia tua sancta referat actiones. Per Christum dominum nostrum. Amen.

DOminus Jes⁹ Christ⁹ apud te sit vt te defẽdat. Chorus respõdeat. Amẽ. & sic in singulis sequentibus. Inter te sit,

vt te reficiat. Amē. Circa te sit: vt te guber-
net. Amē. Ante te sit vt te ducat. Amē. Post
te sit vt te cōseruet. Amen. Super te sit vt
te benedicat, amē. Qui in trinitate perfecta
viuit & regnat in secula seculorum, amen.

Benedicat te De⁹ pater, amen. Sanet
te Dei filius, amē. Illuminet te spūs
sanctus, amē. Corpus tuum & animā tuam
custodiat, amen. Ad supernam ciuitatem te
pducat saluator mūdi. Qui viuit & regnat
deus: Per omnia secula seculorum. Amen.

Benedicat te Deus celi, amē. Adiuuet
te christus fili⁹ Dei viui, amen. Cor-
pus tuum in suo sancto seruitio custodiri et
conseruari faciat, amen, Mentē tuam illu-
minet, amen. Sensum tuum dirigat, amen.
Gratiam suam ad profectum anime tue in
te augeat, amen. Ab omni malo te liberet,
amen. Dextera sua te defendat, amen. Qui
sanctos suos semper adiuuat: ipse te adiu-
uare & confortare dignetur. Qui viuit & re-
gnat cū Deo patre in vnitate spiritussancti
Deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Benedicat te De⁹ pater qui in princi-
pio cuncta creauit, amen. Benedicat
te Dei filius qui de supernis sedib⁹ p nobis

saluator descendit, amen. Benedicat te spiritus sanctus qui in similitudine colūbe in flumine Jordanis requieuit in christo, amē Ipseq̄ te in trinitate sanctificet quem omnes venturum expectant ad iudicium. Qui cum patre & spiritu sancto viuit. Per oīa.

BEnedicat te De⁹ pater qui te creauit, amē. Benedicat te Dei filius qui pro te passus est, amē. Benedicat te Spiritus sanctus qui in te effusus est, amen. Benedicant te Angeli & Archangeli Dei, amē. Benedicāt te nouem ordines Angelorum qui in celo sunt, amen. Benedicant te viginti quatuor seniores, qui sub throno Dei sūt, amen. Benedicant te principatus & potestates, amē. Benedicāt te Cherubin & Seraphin, amē. Benedicāt te Patriarche & Prophete atq̄ Apostoli Chr̄i, amē. Benedicāt te martyres & cōfessores, atq̄ virgines Christi, amen. Benedicant te celum & terra & omnia que in eis sunt, amen. Benedicant te sol luna stelleq̄ & omnis benedictio que ī scripturis sanctis est scripta super te veniat, amen. Quod ipse prestare dignetur. Qui cū Deo Patre viuit & regnat Deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ His dictis moneat sacerdos infirmũ vt deuote dicat si possit. Confiteor deo. Et si ita sit grauat⁹ morbo q̄ non valeat dicere: dicat sacerdos astãtibus vt dicãt omnes genibus flexis et ipsemet dicat. Postmodum si videat in infirmo vera contritionis indicia imponendo super eum manũ q̄admodũ fit in sacramẽtali confessione hanc absolutionem generalem dicat super infirmum.

AMen, misereatur tui omñs Deus: et dimittat tibi omnia peccata tua, et perducat te Jesus Christ⁹ ad vitã eternã. Amen. Indulgentiam absolutionem et remissionẽ omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens Pater, pius et misericors dominus. Amẽ. Et gratia sancti Spiritus paracliti mũdet et purget te à delictis et vitiis omnibus. Amen. Oremus.

DOmin⁹ Jes⁹ Christ⁹ qui dixit discipulis suis quecũq; ligaueritis super terram erunt ligata et in celis: et quecunque solueritis super terram, erũt soluta et in celis: de quorum numero, q̄uis indignos nos esse voluit: ipse te absoluat per ministerium nostrum ab omnibus peccatis tuis: quecũque cogitatione, locutione, atque operatio-

ne, negligẽter egisti: atque à nexibus peccatorum tuorũ absolutum, perducere dignetur ad regna celorũ. Qui cum Patre & Spiritu sãcto viuit & regnat Deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Oremus.

DOminus Jesus Christus mediator Dei & hominum qui non solum beato Petro Apostolo, sed etiã aliis Apostolis eorúmq; sequacibus regimen pastorale tenentibus potestatem ligandi atq; soluendi tribuere dignatus est, vt quecunque super terrã ligarent & in celis ligarentur, & quecunque ab eis soluerentur in terris, soluta remanerent in celestibus regnis. Ipse ineffabili sua pietate te absoluere dignetur ab omnibus maculis peccatorum quecunque corde, lingua, & opere perpetrasti: vt in hac vita omnium remissionem peccatorum: et in futuro vitã cum omnibus possidere valeas. Qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Oremus.

VIce beati Petri Apostolorũ principis cui à domino collata est potestas ligandi atque soluẽdi cuius etiam nos licet indigni vice fungimur absoluimus

te inquantum tua competit accusatio & ad nos pertinet remissio secundũ q nos dicimus a dño in sancto Petro est attributũ ab oĩbus criminibus tuis, sitq; tibi oṗs Deus redẽptor tuus, vita, & salus, & remissio omnium peccatorũ. Qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus in scła scłorum. Amẽ.

Absolutionẽ & remissionem omnium peccatorum tuorũ percipere merearis à dño Deo hic & in eternum. In nomine Patris ✠ & Filij & Spiritussancti. Amen.

¶ Et si forsan infirm⁹ habeat aliquas indulgentias in quibus est remissio omnium peccatorũ semel in vita & in mortis articulo quod sacerdos diligenter inquirat et dicat hanc absolutionem que sequitur.

Auctoritate Dei & beatorũ Apostolorũ Petri & Pauli & S. Romane Ecclesie tibi cõcessa mihiq; in hac parte cõmissa. Ego te absoluo ab omni sẽtẽtia excõmunicationis maioris vel minoris si quã incurristi, & restituo te vnitati fidelium & sanctis sacramentis Ecclesie. Itẽ eadẽ auctoritate mihi cõmissa absoluo te ab omnib⁹ peccatis tuis. Itẽ eadẽ auctoritate inquantum claues sancte Ecclesie se extẽdũt si ista vice morie-

ris absoluo te ab omnib⁹ penis tibi in purgatorio debitis, propter culpas & offensas quas cõtra Deum, animã tuã & proximum cõmisisti: & inquantũ mihi permittitur restituo te illi innocẽtie in qua eras quãdo baptizatus fuisti. Si verò ista vice nõ morieris reseruo tibi plenariã indulgentiã cõcessam à dño Papa pro vltimo articulo mortis tue, vt in ea cõmissione prefate indulgentie domini nostri Pape cõtinetur. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

¶ His dictis si infirm⁹ nõ cõicauerit, sacerdos tradat ei sacrosãctũ corp⁹ dñi nñi Jesu Chñi docẽdo eum fidẽ catholicã: sicut prius dictũ est, & tradendo corpus domini dicat.

Corp⁹ dñi nostri Jesu Chñi proficiat tibi non ad iudiciũ, sed ad remediũ anime tue perducat te in vitã eternã. Amen.

DOmine sãcte pater oṗs eterne Deus te fideliter deprecamur, vt huic accipienti sacrosanctũ corpus & sãguinem Jesu Christi filij tui domini nostri tã corporis quam anime recipiat sanitatem: & prosit ei ad remedium sempiternum.

OMṗs sempiterne Deus confitẽti tibi peccata sua, tua pietate peccata rela-

xa: vt non plus ei noceat conscientie reatus ad penã, quã indulgentia tue miserationis ad veniam. Per christũ dñm nostrũ. Amen.

¶ Benedictio annuli que debet fieri antequam veniant ad valuas Ecclesie ad desponsandum de presenti. Oremus.

Manda Deus virtuti tue, cõfirma hoc De⁹ quod operat⁹ es in nobis à tẽplo sancto tuo quod est in hierusalẽ, tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis congregatio taurorum in vaccis populorum vt excludant eos qui probati sunt argẽto. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Aue Maria. Et ne nos inducas. Sed libera nos. Saluos fac seruos tuos. Deus meus sperantes in te. Mitte eis dñe auxilium tuum de sancto. Et de Sion tuere eos. Esto eis dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Dñe exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Creator & conseruator humani generis, dator gratie spiritualis eterne De⁹: tu mitte spiritũ tuũ paraclitum super hũc ✠ annulum vt que illum gestauerit sit

armata virtute celestis defensionis, & proficiat ad eternam salutem. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Benedic domine hūc annulum quem in tuo sancto nomine benedicimus: vt quecunqꝫ eum portauerit, in tua pace cōsistat, & in tua voluntate permaneat, & in tuo amore viuat, crescat, & senescat, & multiplicetur in lōgitudinē dierum. Per Christum dominum nostrum. Amen.

¶ Incipit ordo ad sponsam benedicēdam. Et primo cum sponsus & sponsa ad valuas Ecclesie venerint, Sacerdos amictu, alba, cingulo. stola & manipulo ornatus dicat.

Solennellemēt en leglise de N. ou es eglises de N. & de N. p trois dimenches ou iours solennelz les bans de mariage de futur à estre espousé de presēt en la face de nostre mere saicte Eglise entre les parties qui sont icy presentes ont esté faictz, Pour scauoir sil y eust eu aucun empeschement canonique parquoy le mariage neust sceu estre accomply. Esquelz bans ny a eu aucune opposition ne chose parquoy mariage ne se doiue ensuyuir entre eux en la face de nr̄e mere saicte Eglise. Quartemēt

& dabondant ie admonneste ceux ou celles qui scauront que mariage ne se deuroit canonicquement ensuyuir entre eux de le dire presentemēt, sur peine de encourir en sentēce de excommunimēt. ¶ Quo tacto si nullum fuerit impedimētū canonicū, despōset eos de presenti: interrogādo primo quō vocentur: & ponat manū dextrā sponse in manu dextra sponsi dicendo verba sequentia.
André ou N. parauāt ces heures vous auiez promis prēdre à femme & espouse Marie ou N. qui icy est presēte si Dieu & saincte eglise si fussēt accordez: & pourtāt ql nya eu aucun empeschemēt canoniqué, pourquoy mariage ne se doiue ensuyuir entre vous. Maintenāt en la face de nostre mere saincte Eglise vous la prenez à fēme & espouse en luy promettant la foy & serment de vostre corps que vous tiēdrez foy & loyauté ainsi que vn espoux doit à son espouse, ainsi que dieu la estably, lescriture le tesmoigne & saicte Eglise le tiēt. Respōde. Amē. Idem dicat ipsi mulieri sic. Marie ou N. parauant ces heures vous auiez promis prēdre a mary et espoux Andre ou N. qui icy est present si dieu & saincte eglise si fussent accordez: et

pourtãt quil ny a eu aucũ empeschemẽt ca-
nonicque, parquoy mariage ne se doiue en-
suiuir entre vous. Maintenãt en la face de
nostre mere saincte Eglise vous le prenez a
mary & espoux, en luy promettant la foy et
serment de vostre corps, que vous luy tien-
drez foy & loyauté de mariage, ainsi que bõ-
ne espouse doit à son espoux, comme Dieu le
createur la estably, lescriture le tesmoigne &
saincte Eglise le tient. Responde. Amen.
Deinde accipiat spõsus annulum argẽteũ &
non ex alio metallo & ponat presbyter ma-
nũ dextrã mulieris in manũ sinistrã sponsi,
& ponat dictꝰ sacerdos annulum inter digi-
tos manus dicti sponsi, & accipiens eandem
manũ in qua annulum tenet spõsus faciat
tãgere de annulo oẽs digitos dextre manꝰ
mulieris per circuitũ dicendo primo in pol-
lice In nomine Ad indicẽ patris, Ad mediũ
& filij. Ad medicũ & spiritus sancti. Ad au-
ricularẽ, Amẽ. Et reincipiẽdo a pollice, di-
cat In nomine, Ad indicẽ, domini, Ad me-
dium Amẽ. Et relinquat annulũ in quarto
digito vz in medico quia vt ait Isidorꝰ li-
bro secũdo de officiis ca. xvj. in eo est quedã
vena per quã (vt fertur) sãguis ad cor vsque

peruenit. Post hec ponat sponsus argentũ in manu vel in bursa sponse: & postea dicat Sacerdos. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus abraham deus ysaac & deus iacob: ipse vos cõiungat impleatq; benedictionem suã super vos. Per. Oremus.

Benedic dñe adolescẽtes istos, & semina semen vite eterne in mentibus eorum: et quicquid pro vtilitate didicerunt, hec facere cupiãt: & adimplere conualescãt. Per iesum xp̃m recuperatorẽ hominũ filiũ tuũ vnigenitum dñm nostrũ. Qui tecum.

Benedicat vos deus pater, custodiat vos domin⁹ Jesus Christ⁹: ostẽdatque super vos faciem suam spiritus paraclitus & misereatur vestri: cõuertat dñs vultum suum ad vos & det vobis pacem: impleat vos Jesus Christus omni bene ✠ dictione spirituali in remissionẽ omniũ peccatorum vestrorum: & habeatis vitã eternam in secula seculorum. Amen.

Benedictio ✠ dei patris omnipotentis & filij & spiritussancti sit super vos & maneat semper. Jn nomine ✠ patris et filij & spiritussancti. Amen.

¶ Tunc accipiat sponsus sponsam per manum dexteram, & ducat eam ad gradum altaris vbi missa celebratur: & dictus spōsus debet esse in dextera parte ante altare. Primo aspersione aque benedicte facta super eos a sacerdote dicendo. Asperges me. &c. Postea capiat sacerdos casulam & celebret missam more solito de trinitate vt sequitur Introitus.

Benedicta sit sancta trinitas, atque indiuisa vnitas, confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Psalmus.
Benedicamus patrem & filium cum sancto spiritu. Iterum Benedicta & cetera.
Gloria patri & filio: & spiritui sancto. Sicut erat. &cetera. Benedicta sit sancta Trinitas. Oratio.

Exaudi nos omnipotens & misericors deus: vt quod nostro ministratur officio, tua bene ✠ dictione potius impleatur. Per dominum nostrum Jesum.

¶ Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres. Nescitis quoniam corpora vestra mēbra sunt Christi? Tollēs

ergo mēbra christi: faciā mēbra meretricis? Absit. An nescitis q̄ qui adheret meretrici: vnū corp⁹ efficitur. Erunt enim inquit duo in carne vna. Qui autē adheret deo: vnus spiritus est cū eo. Fugite fornicationē. Omne enim peccatum quodcunq̄ fecerit homo extra corp⁹ est. Qui autē fornicatur: in corpus suū peccat. An nescitis quoniā corpora vestra templū sunt spiritussācti, qui in vobis est quē habetis a deo: & non estis vestri? Empti enim estis precio magno: glorificate et portate deū: in corpore vestro. ℞. Benedict⁹ es dn̄e qui intueris abyssos: & sedes super Cherubin. ℣ Benedicite deū celi: quia fecit nobiscū mīam suā. Alla. ℣ Bn̄dict⁹ es dn̄e deus patrū nostrorum & laudabilis in secula Alla. Si celebrentur spōsalia in tēpore paschali non dr ℞. sed dn̄r duo Alla. Primnm erit istud Alla. ℣. Verbo dn̄i celi firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alla. Secundū Mattheū xix.

In illo tp̄e. Accesserūt ad Jesū scribe & Pharisei tentātes eū & dicētes. Magister, si licet homini dimittere vxorē suam quacunq̄ ex causa? Qui respondēs: ait illis Nō legistis, quia qui fecit hoīem ab initio:

masculū ꝛ feminā creauit eos. Et dixit eis. Propter hoc dimittet homo patrē ꝛ matrē: ꝛ adherebit vxori sue: et erunt duo in carne vna. Itaqꝫ iamnon sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deꝰ cōiunxit: homo nō separet Credo in vnum. Offer. Benedictꝰ sit deus pater vnigenitusqꝫ dei filiuꝰ: scτūs quoqꝫ spiritus, quia fecit nobiscum miam suam.

¶ Ad offertoriū vir ꝛ mulier tenētes cādelas ardētes in quibus ponuntur eorū oblationes eant offerre dictas cādelas ꝛ oblationes ad altare. Post offertoriū completū audiant reuerenter officium misse. Secreta.

SAnctifica q̃s dñe deꝰ noster: per sancti tui nominis inuocationem huius oblationis hostiā: ꝛ cooperāte spiritu sctō: per eā nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Per dominum. Alia secreta.

SUscipe q̃s dñe pro sacri connubii munus oblatum, et cuius largitor es operis esto dispositor. Per. Prefatio canonis

ETerne deꝰ. Qui cum vnigenito filio tuo et spū sancto vnus es deꝰ, vnꝰ es dñs. Nō in vniꝰ singularitate persone: sed in vnius trinitate substantie. Quod enī de tua gloria reuelante te credimꝰ, hoc de filio

tuo, hoc de spiritu sancto sine differētia discretionis sentimus: ut in confessione vere sempiterneque deitatis et in personis proprietas, et in essentia unitas et in maiestate adoretur equalitas: quē laudant angeli atque archāgeli, cherubin quoque et seraphin qui nō cessant clamare quotidie una voce dicē. Sanctus Sanctus. etc.

¶ Dicto canone et facta perceptione corporis et sanguinis, et facta ablutione post cōmunionem fiat benedictio nubentiū prius verso libro ad partem meridionalē altaris et coopertis sponso et sponsa pallio albo, et vertat sacerdos faciē ad illos, et manu extēsa super illos dicendo orationem et prefationem sequentes. Et hoc fit, si spōsa sit in primis nuptiis. Si vero ipsa sit in secundis nuptiis nulla fit benedictio nec dicuntur prefationes sequētes. Sacerdos vero qui cōtrarium fecerit, suspensus est ab officio et beneficio, et mittendus est ad sedem apostolicā: ut extra de secundis nuptiis capi. primo, et capi. vii. aut mulier eodem titulo. Non dr. Dominus vobiscum. Sed dr. dūtaxat Oremus,

PRopitiare domine supplicationibus nostris et institutis tuis quibus propa-

gationem humani generis ordinasti, beni-
gnus assiste: ut quod te auctore iungitur, te
auxiliante seruetur. Per dn̄m nostrum.
Ista oratio dicitur in modum prefationis.
Per omnia secula seculorum. Amen.
Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.
Sursum corda. Habemus ad dominum.
Gratias agamus domino Deo nostro. Di-
gnum et iustum est. Vere dignū et iustū est,
equum et salutare. Nos tibi semper et ubiq;
grãs agere dn̄e sancte pater om̄ps eterne deus.
Qui potestate virtutis tue de nihilo cūcta
creasti, qui dispositis uniuersitatis exor-
diis homini ad imaginem Dei facto: ideo
inseparabile adiutorium condidisti: ut fe-
mineo corpori de virili dares carne princi-
pium: docens quod ex uno placuisset insti-
tui nunquam liceret disiungi. Deus qui tā
excellenti mysterio coniugalem copulā con-
secrasti: ut Christi et ecclesie sacramētū pre-
signares in federe nuptiarū. Deus per quē
mulier iūgitur viro, et societas pricipaliter
ordinata est ea bene✠dictione donet: q̄ sola
nec per originalis pcti penā, nec per diluuij
est ablata sententiā: respice propitius super
hanc famulā tuam que maritali iungenda

est cõsortio, tua se expetit ꝓtectione muniri sit in ea iugũ dilectionis ⁊ pacis, fidelis ⁊ casta nubat in chr̃o, imitatrixq̃ sanctarũ permaneat feminarũ, sit amabilis vt Rachel viro, sapiẽs vt rebeca: lõgeua ⁊ fidelis vt sara Nihil in ea ex actib⁹ suis ille auctor preuaricationis vsurpet, nexa fidei mãdatis ꝑmaneat vni thoro iũcta, contactus illicitos fugiat, muniat infirmitatẽ suã robore discipline. Sit verecundia grauis, pudore venerabilis, doctrinis celestib⁹ erudita. Sit fecunda in sobole. Sit ꝓbata ⁊ innocẽs: ⁊ ad beatorũ requiem: ⁊ ad celestia regna perueniat, ⁊ videat filios filiorum suorum vsq̃ in tertiam ⁊ quartã ꝓgeniem, ⁊ ad optatam perueniat senectutem. Per christum. Post modũ sacerdos agat officiũ misse: vt postea sequitur. Si plures sint nubentes, fiat sic benedictio nubentium.

PRopitiare dñe supplicationibus nostris ⁊ institutis tuis quibus ꝓpagationẽ humani generis ordinasti benignus assiste: vt quod te auctore iungitur, te auxiliante seruetur. Per dominum. Prefatio.

PEr omnia secula seculorum. Amen. Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Sursum corda. Habem⁹ ad dñm. Gratias
agam⁹ dño Deo nostro. Dignũ ⁊ iustũ est.
Vere dignũ ⁊ iustũ est equum ⁊ salutare:
nos tibi semper ⁊ vbiq; gratias agere, dñe
sancte pater op̃s eterne De⁹. Qui potesta-
te virtutis tue de nihilo cuncta creasti: qui
dispositis vniuersitatis exordiis homini ad
imaginẽ Dei facto: ideo inseparabile adiu-
toriũ condidisti: vt femineo corpori de virili
dares carne principiũ, docens quod ex vno
placuisset institui nũq̄ liceret disiũgi, Deus
qui tã excellẽti mysterio cõiugalem copulã
cõsecrasti: vt christi ⁊ ecclesie sacramẽtũ pre-
signares in federe nuptiarũ: De⁹ per quem
mulier iungitur viro, ⁊ societas principali-
ter ordinata est ea bñ ✠ dictione donetur,
que sola nec per originalis peccati penã, nec
per diluuij est ablata sententiã: respice ꝓpi-
tius super has famulas tuas que maritali
iũgẽde sunt cõsortio, tua se expetũt ꝓtectio-
ne muniri, sit in eis iugũ dilectionis ⁊ pacis
fideles ⁊ caste nubãt in christo, imitatricésq;
sanctarũ permaneat feminarũ, sint amabi-
les vt rachel viro, sapiẽtes vt rebecca: lõge-
ue ⁊ fideles vt sara. Nihil in eis ex actibus
suis ille auctor preuaricationis vsurpet, ne-

ra fidei mādatis pmaneāt vni thoro iūcte, cōtactus illicitos fugiant, muniāt infirmitatem suā robore discipline: sint verecūdia graues, pudore venerabiles, doctrinis celestibus erudite: sint fecūde in sobole, sint pbate ꝛ innocētes, ꝛ ad beatorū requiē, ꝛ ad celestia regna pueniāt, ꝛ videāt filios filiorum suorū vsqꝫ in tertiā ꝛ quartā pgeniem, ꝛ ad optatā perueniāt senectutē. Per Christum dñm nostrū. Amē. Cōio. Bñdicimus Deū celi, ꝛ corā oībus viuētibꝰ cōfitebimur ei: quia fecit nobiscū miam suā. Postcōio.

PRoficiat nobis ad salutē corporis et anime dñe Deus huius sacramenti susceptio, ꝛ sēpiterne eiusqꝫ īdiuidue trinitatis cōfessio. Alia oratio sub vno Per dñm.

QUesumus omps Deus instituta prouidentie tue pio amore comitare: vt quos legitima societate connectis, longeua pace custodias. Per dominū nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum.

¶ Ad faciēdum vinagium de quolibet sancto benedictio. Adiutorium nostrū in nomine dñi. Qui fecit celū ꝛ terrā. Oremus.

DOmine Jesu Christe q̄ in Chana galilee ex aqua vinū fecisti qui es vitis

vera, bñdicere ✠ digneris hanc creaturam vini : quam ad sustentationem seruorum tuorum tribuisti: vt vbicũque ex hoc effusũ fuerit vel à quibus potatũ, opulẽtia diuine tue benedictiõis ✠ repleatur. Per dominũ nostrum Jesum Christum filium tuum.

Deinde dicitur ãn. de sancto cum oratione eiusdem. Antiphona communis.

Corpora sanctorum in pace sepulta sunt: & viuent nomina eorum in eternum alleluia. ℣. Exultabunt sancti in gloria. ℟. Letabuntur in cubilibus suis. Oremus.

Propitiare quesumus domine famulis tuis per sanctorum tuorum (quorum reliquie in nostra sancta & vniuersa requiescunt ecclesia) merita gloriosa: & eorum piissima intercessione ab omnibus semper protegamur aduersis. Per Christũ dñm.

¶ Deinde dicat euangeliũ sancti Joãnis.

In principio erat verbum, & verbum erat apud deum: & Deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud deũ. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat, & vita erat lux hominũ, & lux i tenebris lucet: et tenebre eam non cõprehẽderũt. Fuit homo

missus à deo, cui nomẽ erat Joãnes. Hic venit in testimoniũ vt testimoniũ perhiberet de lumine: vt oẽs crederẽt per illũ. Nõ erat ille lux, sed vt testimoniũ phiberet de lumine. Erat lux vera que illuminat oẽm hõiem venientẽ in hunc mundũ. In mũdo erat, et mũdus per ipsum factus est: ⁊ mũdus eum nõ cognouit. In ppria venit: ⁊ sui eum non receperũt. Quotquot aũt receperũt eũ: dedit eis potestatẽ filios Dei fieri: his qui credũt in noie eius. Qui non ex sanguinibus: neq͡ȝ ex voluntate carnis: neq͡ȝ ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbũ caro factum est: ⁊ habitauit in nobis. Et vidimus gloriã eius, gloriã quasi vnigeniti à patre. Plenũ gratie ⁊ veritatis. Deo gratias. ãn. Te inuocamus, te adoram⁹, te laudamus, te glorificam⁹, ô beata trinitas. Vsus. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc nũc ⁊ vsq͡ȝ in seculum. Oremus.

PRotector in te sperãtiũ De⁹, sine quo nihil est validum nihil sanctũ: multiplica super nos miam tuam: vt te rectore, te duce sic transeamus per bona tẽporalia: vt non amittamus eterna. Per Christum dominum nostrum. Amen.

¶ Sequuntur vespere & vigilie mortuorũ.



Placebo do mino. Seculorum. Amẽ. ps.



Dilexi quoniam exaudiet dominus: vocem orationis mee.
Quia inclinauit aurẽ suã mihi: & in diebus meis inuocabo.
Circundederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.
Tribulationem & dolorem inueni: & nomẽ domini inuocaui.
O domine libera animã meam misericors dominus & iustus: & Deus noster miseretur.
Custodiẽs paruulos dominus: humiliatus sum & liberauit me.
Cõuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis: pedes meos à lapsu.
Placebo domino: in regione viuorum.
Requiem eternam dona eis domine: & lux

perpetua luceat eis. Antiphona.



Placebo domino in regione vivorum.



Aña. Heu me. Seculorum. Amen.

Psalmus.

Ad dominum cum tribularer clamavi: & exaudivit me.

Domine libera animã meam à labiis iniquis: & à lingua dolosa.

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam?

Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatoriis.

Hei mei quia incolatus meus prolongatus est, habitavi cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis.

Requiem eternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. Antiphona.



Heu me quia incolatus meus prolon-



gatus eſt. Añā. Dominus cuſtodit.



Seculorum. Amen. Pſalmus.

LEuaui oculos meos in montes: vn-
de veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à domino: qui fecit celū
& terram.

Non det in commotionem pedem tuum:
neq; dormitet qui cuſtodit te.

Ecce non dormitabit neq; dormiet: qui cu-
ſtodit Iſrael.

Dominus cuſtodit te, dominus protectio
tua: ſuper manum dexteram tuam.

Per diem ſol non vret te: neq; luna per no-
ctem.

Dominus cuſtodit te ab omni malo: cu-
ſtodiat animam tuam dominus.

Dominus custodiat introitũ tuum ⁊ exitum tuum: ex hoc nunc ⁊ vsqꝫ in seculum.
Requiem eternam dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. Antiphona.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus.

Seculorum. Amen. ãn. Si iniquitates. ps.
De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est: ⁊ propter legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in verbo eiꝰ: sperauit anima mea in domino.


A custodia matutina vsqꝫ ad noctem: spe-
ret Israel in domino.
Quia apud dominum misericordia: ⁊ co-
piosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel: ex omnibus ini-
quitatibus eius.
Requiem eternam dona eis domine: ⁊ lux
perpetua luceat eis. Antiphona.



Si iniquitates obseruaueris domine:



dominē quis sustinebit? Aña.




Opera manuū. Sc̄korum. Amē. Psalmus.
Confitebor tibi domine in toto corde
meo: quoniā audisti verba oris mei.
In cōspectu angelorum psallam tibi: ad-
orabo ad templum sanctum tuum ⁊ confi-
tebor nomini tuo.
Super misericordia tua et veritate tua:


qm̄ magnificasti super oē nomē sc̄tū tuū.
In quacunq̧ die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.
Confiteãtur tibi dñe omnes reges terre: quia audierunt omnia verba oris tui.
Et cantent in viis domini: quoniã magna est gloria domini.
Quoniam excelsus dominus ⁊ humilia respicit: ⁊ alta à longe cognoscit.
Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me: ⁊ super iram inimicorū meorum extendisti manum tuam: ⁊ saluum me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me domine misericordia tua in seculum: opera manuū tuarum ne despicias.
Requiem eternam dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. Antiphona.



Opera manuum tuarum domine ne despi-



cias. Antiphona. Audiui vocem. Seculo-



Psalmus.

Magnificat: anima mea dominum.
Et exaltauit spiritus meus: in Deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicēt omnes generationes.
Quia fecit mihi magna qui potens est: et sanctum nomen eius.
Et misericordia eius à progenie in progenies: timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles.
Esuriētes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes.
Suscepit Israel puerum suum: recordatus misericordie sue.
Sicut locutus est ad patres nostros: Abraham & semini eius in secula.
Requiem eternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. Antiphona.

Audiui vocem de celo dicentem beati mortui qui in domino moriuntur. Seculorum. Amē. Pater noster. Et ne nos. Psalmus.

Lauda anima mea dominum, laudabo dominum in vita mea : psallam Deo meo quamdiu fuero.

Nolite confidere in principibus : in filiis hominum in quibus non est salus.

Exibit Spiritus eius & revertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beat⁹ cui⁹ Deus Jacob adiutor ei⁹ , spes eius in domino Deo ipsius qui fecit celū et terram : mare & omnia que in eis sunt.

Qui custodit veritatem in seculū facit iudicium iniuriam patientibus : dat escam esurientibus.

Dominus soluit compeditos: dominus illuminat cecos.

Dominus erigit elisos: dominus diligit iustos.

Dominus custodit aduenas, pupillum et viduā suscipiet: et vias peccatorū disperdet:

Regnabit dominus in secula deus tuus sion: in generatione et generationem.

Requiem eternam dona eis domine. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dn̄e animas eorū. ℣. Credo videre bona dn̄i. ℟. In terra viuētiū. Requiescāt in pace. Amē. Dn̄e exaudi orationem meam. Et clamor. Oremus

Inclina domine aurem tuā ad preces nostras quibus misericordiam tuam supplices deprecamur, vt animas famulorum famularumqꝫ tuarum quas de hoc seculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas et sanctorum tuorum iubeas esse consortes. Per dominum nostrum.

Deus qui nos patrem et matrem honorare precepisti: miserere clemēter animabus parentū nostrorum, eorumque peccata dimitte: nosque cū eis in eterne claritatis gaudio fac viuere. Per dominū nostrum Jesum Christum filium tuum.

DEus venie largitor & humane salutis amator quesumus clemētiā tuā, vt nostre congregationis fratres, sorores, propinquos & benefactores nostros, qui ex hoc seculo transierunt: beata Maria semper virgine intercedente cū omnibus sanctis, ad perpetue beatitudinis cōsortiū peruenire concedas. Oremus.

FIdelium deus omnium cōditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cūctorū tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt, piis supplicationibus consequantur. Qui viuis & regnas deus. Per omnia secula. &c. Oremus.

BEati apostoli tui Petri quesum⁹ domine intercessione nos protege: & animam famuli tui sacerdotis sanctorum tuorum iunge cōsortiis. Per dominum nostrū Jesum christum filiū tuū. Qui te. Orem⁹.

QUesum⁹ domine pro tua pietate miserere anime famule tue: & a cōtagiis mortalitatis exutam in eterne saluationis partem restitue. Per dominum nostrū Jesum christum filium tuum. Qui tecū viuit et regnat. Inuitatorium.




Regē cui om̄ia viuunt venite adoremus.



Venite exultemus dn̄o iubilemus deo



salutari nr̄o: p̄occupem⁹ faciē ei⁹ in cōfessi=



one, ⁊ in psalmis iubilem⁹ ei. Regē cui oīa.



Quoniā De⁹ magnus dn̄s ⁊ rex magnus



super om̄es deos, quoniā non repellet dn̄s



plebem suam quia in manu eius sunt oēs



fines terre: ⁊ altitudines montium ipse



conspicit. Quoniam ipsius est mare ⁊



ipse fecit illud ⁊ aridā fundauerūt manus



eius: venite adoremus ⁊ procidamus ante



Deū, ploremus corā dn̄o qui fecit nos, quia



ipse est dñs Deus noster: nos autẽ populus



eius et oues pascue eius. Hodie si vocem



eius audieritis, nolite obdurare corda ve-



stra: sicut in exacerbatione secũdũ diẽ ten-



tationis in deserto, vbi tẽtauerũt me pr̃es



vestri: p̄bauerunt & viderunt opera mea.



Quadraginta annis proxim⁹ fui generatiōi

huic, et dixi semp hi errāt corde: ipsi vero nō

cognouerūt vias meas qb⁹ iuraui ī ira mea


si introibūt in requiē meā. Requiē eternā

dona eis domīe. Et lux perpetua luceat eis.

Venite adorem⁹. Regem cui omnia viuūt:



venite adoremus. In primo noctur. añ.



Dirige. Seculorum. Amen. Psalmus.

Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.

Intende voci orationis mee: rex meus et deus meus.

Quoniã ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi & videbo: quoniam non deus volens iniquitatem tu es.

Neqꝫ habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus: ego autem in multitudine misericordie tue.


Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Dñe deduc me in iustitia tua propter ini-

micos meos: dirige in cõspectu tuo viã meã
Quoniã non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.
Sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant: iudica illos deus.
Decidant a cogitationibus suis secũdum multitudinẽ impietatũ eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.
Et letentur omnes qui sperãt in te: in eternum exultabunt & habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes qui diligũt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.
Domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Requiem eternã dona. aña.



Dirige domine Deus meus: in conspectu



tuo viam meam. ãn. Cõuertere domine.



Seculorum. Amen. Psalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miserere mei domine quoniam infirmus sum sana me domine: quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsquequo?

Conuertere domine et eripe aiam meam: saluum me fac propter misericordiam tuã.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis cõfitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meũ: lachrimis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus inueteraui inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit dominus deprecationẽ meam: dominus orationem meam suscepit.

Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur et erubescant valde velociter.

Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis.



Conuertere domine ⁊ eripe animam meã



quoniam non est in morte qui memoꝛ sit



tui. Añ. Neqñ. Seculoꝛum. Amen. ps.

Domine Deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus perse-quentibus me ⁊ libera me.

Ne quando rapiat vt leo animam meam: dũ nõ est qui redimat neq₃ qui saluũ faciat.

Domine Deus meus si feci istud: si est ini-quitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala: de-cidam merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam: et comprehendat, ⁊ conculcet in terra vitam meam: ⁊ gloꝛiã meam in puluerẽ deducat.

Exurge domine in ira tua: ⁊ exaltare in fi-nibus inimicoꝛum meoꝛum.

Et exurge domine Deus meus in precepto quod mandasti: et synagoga populorum circundabit te.

Et propter hanc in altum regredere: dominus iudicat populos.

Iudica me domine secundum iustitiam meam: et secundum innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia peccatorum et diriges iustum: scrutans corda et renes deus.

Iustum adiutorium meum a domino: qui saluos facit rectos corde.

Deus iudex iustus fortis et patiens: nunquid irascitur per singulos dies?

Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit: arcum suum tetendit et parauit illum.

Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturiit iniustitiam, concepit dolorem: et peperit iniquitatem.

Lacum aperuit et effodit eum: et incidit in foueam quam fecit.

Conuertetur dolor eius in caput eius: et in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Confitebor domino secundum iustitiam eius: et psallam nomini domini altissimi.


Requiem eternam. Antiphona.



Nequando rapiat vt leo animam meam:



dum non est qui redimat neque qui saluum



faciat. Seculorum. Amen. Versus.
Requiem eternam dona eis dominē. ℟. Et
lux perpetua luceat eis. Pater noster. Et ne
nos inducas. Sed libera. Lect. vij. Job. vij.

Parce mihi dn̄e: nihil enim sunt dies
mei. Quid est homo qꝛ magnificas
eum: aut quid apponis erga eum coꝛ tuū:
Visitas eum diluculo: ⁊ subito pꝛobas illū.
Vsqꝫquo nō parcis mihi: nec dimittis me vt
glutiam saliuam meā: Peccaui. Quid faciā
tibi o custos hoīm: Quare posuisti me cōtra
rium tibi: ⁊ factꝰ sum mihimetipsi grauis:
Cur non tollis peccatū meum: ⁊ quare non
aufers iniquitatē meam: Ecce nunc in pul-
uere doꝛmio: ⁊ si mane me quesierꝫ non sub-

sistam. **Primum Responsorium.**



Credo quod redẽptor meus vi-



uit et in nouissimo di e de ter-



ra surrecturus sum. Et in carne me-



a videbo De um saluato-



rem me um. V. Quẽ visurus



sum ego ipse et non alt us



Lectio secunda.

Tedet animam meã vite mee: dimittam aduersum me eloquium meum. Loquar in amaritudine anime mee: dicam Deo, noli me cõdemnare. Indica mihi: cur me ita iudices? Nunquid bonum tibi videtur si calumnieris ⁊ opprimas me op⁹ manuum tuarum, ⁊ cõsilium impiorum adiunes? Nunquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo ⁊ tu videbis? Nunquid sicut dies hominis dies tui: ⁊ anni tui sicut humana sunt tempora. Ut queras iniquitatem meam: ⁊ peccatum meum scruteris. Et scias quia nihil impiũ fecerim: cũ sit nemo qui de manu tua possit eruere. R̸m.





monumento fetidum. Tu eis



domi ne dona requiem et lo cum



indul genti e. V. Requiem



eternam dona e is domi ne: et lux per=



petua lu ceat e is. Tu eis. Le. iij.

Manus tue domine fecerūt me: et plasmauerunt me totum in circuitu: et sic repente precipitas me: Memento quelo quod sicut lutum feceris me: et in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me: et sicut caseum me coagulasti: Pelle et carnibus

vestisti me: ossibus & nervis cõpegisti me. Uitam & misericordiam tribuisti mihi: et visitatio tua custodivit spiritum meum.

Responsorium.


Domi ne quando vene ris iu-
dicare terram ubi me abscon-
dam à vultu i re tu e:
Quia pec cavi nimis in vita
me a. Vs. Commissa mea



pauesco et ante te eru de sco dum



veneris iudicare noli me con-



demna re. Quia. In ii. noct.



Aña. In loco. Seculorum. Amen. ps.

Dominus regit me et nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit.
Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.
Deduxit me super semitas iustitie: propter nomen suum.
Nam et si ambulauero in medio vmbre mortis: non timebo mala quoniam tu mecum es.
Uirga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam: adversus eos qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meum: et calix meus inebrians quam preclarus est.
Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vite mee.
Et ut inhabitem in domo domini: in longitudinem dierum.
Requiem eternam dona eis dñe. Aña.

In loco pascue ibi me collocauit. Aña.

Delicta. Seculorum. Amen. Psalmus.
Ad te dñe levaui animam meã: Deus meus in te confido non erubescam.
Neqꝫ irrideant me inimici mei: etenim universi qui sustinent te non confundentur.
Confundantur omnes iniqua agentes: supervacue.
Vias tuas domine demonstra mihi: et semitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua et doce me: qꝛ tu

es Deus saluator meus, & te sustinui tota die.
Reminiscere miserationũ tuarum dñe: et misericordiarum tuarum que à seculo sunt.
Delicta iuuẽtutis mee: & ignorantias meas ne memineris.
Secundum misericordiam tuam memẽto mei tu: propter bonitatem tuam domine.
Dulcis & rectus dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.
Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.
Uniuerse vie domini misericordia & veritas requirentibus testamentum eius: & testimonia eius.
Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo: multum est enim.
Quis est homo qui timet dominũ: legem statuit ei in via quam elegit.
Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hereditabit terram.
Firmamentum est dominus timentibus eum: & testamẽtum ipsius vt manifestetur illis.
Oculi mei semper ad dominum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.
Respice in me & miserere mei: quia vnicus

et pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam & laborē meum: & dimitte vniuersa delicta mea.

Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt: & odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meā & erue me: non erubescam quoniam speraui in te.

Innocentes & recti adheserunt mihi: quia sustinui te.

Libera deus Israel: ex omnibus tribulationibus suis.

Requiem eternam dona eis. Antiphona.



Delicta iuuentutis mee & ignorantias



meas ne memineris domine. Antiphona.



Credo videre. Seculorū. Amē. Psalm⁹.

Dominus illuminatio mea & salus
mea: quem timebo?
Dñs protector vite mee: a quo trepidabo?
Dum appropiant super me nocentes: vt
edant carnes meas.
Qui tribulãt me inimici mei: ipsi infirma-
ti sunt & ceciderunt.
Si consistant aduersum me castra: non ti-
mebit cor meum.
Si exurgat aduersum me prelium: in hoc
ego sperabo.
Unam petii a domino, hanc requiram vt
inhabitem in domo domini: omnibus die-
bus vite mee.
Ut videam voluntatem domini: & visitẽ
templum eius.
Quoniam abscondit me in tabernaculo
suo: in die malorum protexit me in abscon-
dito tabernaculi sui.
In petra exaltauit me, & nunc exaltauit
caput meum super inimicos meos.
Circui & immolaui in tabernaculo eius
hostiam vociferationis: cantabo & psalmũ
dicam domino.
Exaudi domine vocem meam qua clama-
ui ad te: miserere mei et exaudi me.

Tibi dixit coꝛ meū, exq̊siuit te facies mea: faciem tuam domine requiram.

Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo.

Adiutoꝛ me⁹ esto domine ne derelinquas me: neq; despicias me deus salutaris meus.

Quoniam pater meus ⁊ mater mea dereliquerunt me: dominus autē assumpsit me.

Legem pone michi domine in via tua ⁊ dirige me in semita recta pꝛopter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantiū me, quoniā insurrexerunt in me testes iniqui: ⁊ mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona dn̄i: in terra viuentiū.

Expecta dominū, viriliter age ⁊ confoꝛtetur coꝛ tuum: ⁊ sustine dominum.

Requiem eternam dona eis domine. Añā.



Credo vide re bona domini in terra vi-



uentium. Versus.

Anime eorū in bonis demorentur. Respon. Et semen eorum hereditet terrā. Pater noster. Et ne nos inducas in tentationē. Sed libera nos a malo.

Lectio quarta.

Responde mihi. Quantas habeo iniquitates ⁊ peccata, scelera mea atque delicta ostēde michi: Cur faciem tuam abscondis: ⁊ arbitraris me inimicum tuum: Contra folium quod vento rapitur ostēdis potentiam tuam ⁊ stipulam siccam persequeris. Scribis enim cōtra me amaritudines: ⁊ consumere me vis peccatis adolescētie mee. Posuisti in neruo pedem meum, ⁊ obseruasti omnes semitas meas: ⁊ vestigia pedum meorū considerasti. Qui quasi putredo consumendus est: ⁊ quasi vestimentū quod comeditur a tinea.

Responsorium quartum

Hei mihi domine quia peccaui nimis


in vita mea quid faciā miser v bi











Lect. v.

HOmo nat⁹ de muliere, breui viuēs tpe repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur ꝛ cōteritur, ꝛ fugit velut vm- bra: ꝛ nūq̄ in eodē statu ꝑmanet. Et dignū ducis sup huiuscemodi aperire oculos tuos ꝛ adducere eū tecū in iudiciū? Quis potest

facere mundũ, de immũdo cõcẽptũ semine: Nõne tu qui sol⁹ es: Breues dies hoīs sũt: numer⁹ mensiũ eius apud te est. Cõstituisti terminos ei⁹: q̃ preteriri nõ poterũt. Recede ergo paululũ ab eo vt q̃escat donec optata veniat: & sicut mercenarij dies eius. Rm.



Ne recor de ris peccata me a do-



mine. Dum veneris iudicare seculum



per i gnem. V. Non intres



in iudici um cum seruis tuis do mi-



ne. Dum veneris. Lectio sexta.

Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno ꝓtegas me: ⁊ abscõdas me donec pertranseat furor tuus: ⁊ cõstituas mihi tẽpus in quo recorderis mei? Putásne mortuꝰ homo rursum viuat. Cunctis diebus quibus nunc milito: expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me: ⁊ ego respõdebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexterã. Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. Responsorium.

Libera domi ne anĩas eo rũ de morte

ad vi tam: de ténebris ad lu cem,

De i mo ad al tum; De tristicia

ad gaudium, de infer no ad para-

disum. ℟ Et partē beate resurrectiōis obti=
neant. De imo. ℣. Vitā͡qz eternā habere
mereantur in ce lis. De tristitia. ℟.
Misericordiam ⁊ indulgentiam presta eis
re demptor, a nime eorum ha beant
requiem. Libera vo.

¶ In tertio nocturno, Antiphona.



Complaceat. Seculorum. Amen. ps.

Expectans expectaui dominum: et intendit mihi.

Et exaudiuit preces meas, et eduxit me de lacu miserie: et de luto fecis.

Et statuit supra petram pedes meos: et direxit gressus meos.

Et immisit in os meum cāticum nouum: carmen deo nostro.

Uidebunt multi et timebunt: et sperabunt in domino.

Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: et non respexit in vanitates et insanias falsas.

Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua: et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annunciaui et locutus sum: multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium et oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum et pro peccato non postulasti: tunc dixi ego venio.

In capite libri scriptum est de me, vt facerē voluntatem tuam deus meus volui: ⁊ legē tuam in medio cordis mei.

Annunciaui iustitiam tuā in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo domine tu scisti.

Iustitiam tuā non abscondi in corde meo: veritatem tuam ⁊ salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam ⁊ veritatem tuam: a consilio multo.

Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua ⁊ veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circundederunt me mala quorum nō est numerus, comprehenderūt me iniquitates mee: ⁊ non potui vt viderem.

Multiplicate sunt super capillos capitis mei: et cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi domine vt eruas me: domine ad adiuuandum me respice.

Confundantur ⁊ reuereantur simul qui querunt animam meam: vt auferant eam.

Conuertantur retrorsum ⁊ reuereantur: qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi euge euge.

Exultent ⁊ letentur super te omnes querentes te: ⁊ dicāt semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum ⁊ pauper: dominus sollicitus est mei.

Adiutor meus ⁊ protector meꝰ tu es: deꝰ meus ne tardaueris.

Requiem eternam dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. Antiphona.



Complaceat tibi domine vt seruas me,



ad adiuuandum me respice. Antiphona.



Sana domine. Seculorum. Amen. ps.


Beatus qui intelligit super egenum ⁊ pauperem: in die mala liberabit eum dominus.

Dñs conseruet eum ⁊ viuificet eum, ⁊ beatum faciat eum in terra: ⁊ non tradat eū in

animam inimicorum eius.
Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.
Ego dixi domine miserere mei: sana animam meam quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur & peribit nomen eius?
Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatē sibi.
Egrediebatur foras: & loquebatur in idipsum.
Aduersum me susurrabāt omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.
Verbū iniquum constituerunt aduersum me: nunquid qui dormit non adiiciet vt resurgat?
Etenim homo pacis mee in quo speraui: q̄ edebat panes meos magnificauit super me supplantationem.
Tu autem domine miserere mei: & resuscita me & retribuam eis.
In hoc cognoui quoniā voluisti me: q̄m nō gaudebit inimicus meus super me.
Me autem propter innocentiā suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in eternū.

Benedictus dominus deus israel a seculo et in seculum: fiat, fiat.

Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Antiphona.



Sana domine animam meam quia pec-



caui tibi. an. Sitiuit Seculorum. Amen. ps.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus.

Sitiuit anima mea ad deũ fontem viuũ: quando veniam et apparebo ante faciẽ dei:

Fuerunt mihi lachrime mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus:

Nec recordatus sum et effudi in me animã meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei.

In voce exultationis et confessionis: sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea: et quare con-


turbas me?
Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei & deus meus.
Ad meipsum anima mea conturbata est, propterea memor ero tui de terra Jordanis: & Hermonij a monte modico.
Abyssus abyssum inuocat: in voce cataractarum tuarum.
Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transierunt.
In die mãdauit dominus misericordiam suam: & nocte canticum eius.
Apud me oratio deo vite mee: dicam deo, susceptor meus es.
Quare oblitus es mei, & quare contristatus incedo dum affligit me inimicus?
Dum confringuntur ossa mea exprobrauerunt mihi, qui tribulant me inimici mei.
Dum dicunt mihi per singulos dies: vbi est deus tuus?
Quare tristis es anima mea: & quare conturbas me?
Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & deus meus.
Requiem eternam dona eis domine: & lux perpetuam luceat eis. Antiphona.



Sitivit anima mea ad Deum vivum, quã-



do veniam & apparebo ante faciem



domini. Versus.
A porta inferi. ℟. Erue dñe animas eorũ.
Pater noster. Et ne nos. Lectio. vii.

Spiritus me⁹ attenuabitur, dies mei breviabuntur: & solum mihi superest sepulchrum. Non peccavi & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me dñe & pone me iuxta te: & cuiusuis man⁹ pugnet cõtra me. Dies mei transierunt, cogitationes mee dissipate sunt torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem: & rursũ post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est: & in tenebris stravi lectulũ meum. Putredini dixi. Pater meus es: mater mea & soror mea vermibus.

Ubi est ergo nunc prestolatio mea & patientia mea: tu es domine Deus meus. Rm.

Peccantem me quotidie & non repententem timor mortis conturbat me. Quia in inferno nulla est redemptio, miserere mei Deus & salva me. Vsus. Deus in nomine tuo salvum me fac domine, & in




misericordia tua libera me. Quia in.

Lectio octaua. Job. xix.

PElli mee cõsumptis carnibus adhesit os meum: & derelicta sunt tãtummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Quare persequimini me sicut deus: & carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat vt scribãtur sermones mei? Quis mihi det vt exarẽtur in libro stilo ferreo: aut plumbi lamina, vel celte sculpãtur in silice? Scio enim q redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo deum saluatorem meũ. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & nõ alius Reposita est hec spes mea in sinu meo. R.



Memento mei deus quia ventus



est vita me a. Nec aspiciat



me visus homi nis. ℣. De profun-



dis clamaui ad te domi ne: dñe exaudi



vocem me am. Nec aspi. Lc. ix. Iob. x.

Quare de vulua eduxisti me, qui vti-
nam consumptus essem: ne ocul⁹ me
videret. Fuissem quasi non essem de vtero
translatus ad tumulũ. Nunquid non pau-
citas dierum meorũ finietur breui? Dimit-
te ergo me domine vt plangam paululum
dolorẽ meum anteq̃ vadam, & nõ reuertar
ad terram tenebrosam: & opertam mortis
caligine. Terrã miserie & tenebrarum vbi
vmbra mortis & nullus ordo: sed sempiter-

nus horror inhabitans.

Responsorium.

Libera me domine de morte eterna in die illa tremenda. Quando celi movendi sunt et terra. Dum veneris iudicare seculum per ignem. V.

Dies illa dies ire calamitatis et miserie, dies magna et amara valde.

Quando celi. ℟. Clementissime do mine
misericordia tua consolatio dolentis
anime, ab eterna & horribili morte libe-
ra me do mine. Dum ve. ℣. Creator
omniũ rerum. Deus qui me de limo ter-
re formasti & mirabiliter ꝓprio sanguine



redemisti corpusq meum licet modo



putrescat de sepulchro facies in die iudi-



cij resuscitari exaudi exaudi exaudi me



vt animam meam in sinu abrahe patriar-



che tui iubeas col-



loca re. Libera me. Versus.
Audiui vocem de celo dicentem mihi. Rm.
Beati mortui qui in domino moriuntur.

¶ In laudibus. Antiphona.



Exultabunt. Seculorum. Amen. Ps.

Miserere mei deus: secundũ magnã misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem miserationũ tuarum: dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meũ cõtra me est semper.
Tibi soli peccaui & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus concept⁹ sum: et in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi.
Asperges me domine ysopo & mundabor. lauabis me & super niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium & letitiam: & exultabunt ossa humiliata.
Auerte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: ⁊ spiritum rectum innoua in visceribus meis.
Ne proiicias me à facie tua: ⁊ spiritũ sanctum tuum ne auferas à me.
Redde mihi letitiam salutaris tui: ⁊ spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: ⁊ impij ad te conuertentur.
Libera me de sanguinib⁹ Deus De⁹ salutis mee: ⁊ exultabit lingua mea iustitiã tuã
Domine labia mea aperies: ⁊ os meum annunciabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrificium dedissẽ: vtique holocaustis non delectaberis.
Sacrificiũ Deo spiritus cõtribulatus: cor contritũ ⁊ humiliatum Deus nõ despicies.
Benigne fac domine in bona volũtate tua Sion: vt edificentur muri Hierusalem.
Tunc acceptabis sacrificium iustitie oblationes ⁊ holocausta: tũc imponẽt super altare tuum vitulos.
Requiem eternam dona eis dñe. Añã.



Exultabunt domino ossa humiliata. Añ.



Exaudi domine. Seculorum. Amen. ps.

TE decet hymnus deus in Syō: ꝛ tibi reddetur votum in Hierusalem

Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Verba iniquoꝝ preualuerūt super nos: ꝛ impietatibus nostris tu propiciaberis.

Beatus quem elegisti ꝛ assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tue: sanctū est templum tuum mirabile in equitate.

Exaudi nos deus salutaris noster: spes omnium finium terre ꝛ in mari longe.

Preparans mōtes in virtute tua, accinctꝰ potentia qui cōturbas profundum maris: sonum fluctuum eius.

Turbabuntur gentes ꝛ timebunt qui habitant terminos a signis tuis: exitꝰ matutini ꝛ vespere delectabis.

Visitasti terram ꝛ inebriasti eā: multiplicasti locupletare eam.

Flumen dei repletum est aquis, parasti cibum illoꝝ: quoniā ita est preparatio eius.

Rivos eius inebriãs multiplica genimina eius: in stillicidiis eius letabitur germinãs.
Benedices corone anni benignitatis tue: & campi tui replebuntur vbertate.
Pinguescent speciosa deserti: & exultatione colles accingentur.
Induti sunt arietes ouium, & valles abũdabunt frumento: clamabunt etenim hymnum dicent.
Requiem eternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. Antiphona.



Exaudi domine orationem meam ad te



omnis ca ro veniet. Antiphona.



Me susce pit. Seculorum. Amen. ps.
Deus Deus meus: ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te anima mea: quã multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta inuia & inaquosa sic in sancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.
Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum.
Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhesit anima mea post te: me suscepit dextera tua.
Ipsi vero in vanum quesierunt animam meam, introibunt in inferiora terre: tradentur in manus gladii partes vulpium erunt.
Rex vero letabitur in deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.
Deus misereatur nostri & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri.
Ut cognoscamus in terra viam tuam: in

omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes.

Letentur & exultent gentes quoniam iudicas populos in equitate: & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi deus, cõfiteantur tibi populi oẽs: terra dedit fructũ suũ.

Benedicat nos deus deus noster, benedicat nos deus: & metuant eũ omnes fines terre.

Requiem eternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. Antiphona.



Me susce pit dextera tua domine. Aña.



A porta inferi. Seculorum. Amẽ. Psalmus.

Ego dixi, in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.

Quesivi residuũ annorum meorum: dixi non videbo dominum deum in terra viventiũ.

Non aspiciam hominem ultra: & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est & conuoluta est a me: quasi tabernaculum pastorum.
Precisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me.
De mane vsqȝ ad vesperam finies me: sperabam vsqȝ ad mane: quasi leo sic contriuit omnia ossa mea.
De mane vsque ad vesperā finies me: sicut pullus hyrundinis sic clamabo, meditabor vt columba.
Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelso.
Domine vim patior respōde pro me: quid dicam aut quid respondebit mihi cum ipse fecerim?
Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine anime mee.
Domine si sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei corripies me & viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima.
Tu autem eruisti animam meam vt non periret: proiecisti post tergū tuum omnia peccata mea.
Quia non infernus confitebitur tibi, neqȝ mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam.

Uiuens viuens ipse cōfitebitur tibi: sicut & ego hodie, pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine saluū me fac: & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vite nostre in domo domini.

Requiem eternam dona eis domine. Aña.



A porta inferi erue dñe animas eoꝝ. añ.



Omnis spiritus. Seculorum. Amen. ps.

Laudate dominum de celis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stelle & lumen.

Laudate eum celi celorum: & aque que super celos sunt laudent nomen domini.

Quia ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.

Statuit ea in eternum & in seculum seculi:

preceptum posuit et non preteribit.
Laudate dominum de terra: dracones et omnes abyssi.
Ignis, grando, nix, glacies, spirit⁹ procellarum: que faciunt verbum eius.
Montes et omnes colles: ligna fructifera, et omnes cedri.
Bestie et vniuersa pecora: serpentes et omnes volucres pennate.
Reges terre et omnes populi: principes et omnes iudices terre.
Iuuenes et virgines, senes cum iuniorib⁹ laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius.
Confessio eius super celum et terram: et exaltauit cornu populi sui.
Hymnus omnibus sanctis eius: filiis israel populo appropinquanti sibi.
Cantate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.
Letetur israel in eo qui fecit eum: et filie sion exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in choro: in tympano et psalterio psallant ei.
Quia beneplacitum est domino in populo suo: exaltauit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: letabūtur in cubilibus suis.
Exultationes dei in gutture eorum: et gladii ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in compedibus: et nobiles eorum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hec est omnibus sanctis eius.
Laudate dñm in sanctis eius: laudate eum in firmamēto virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate eū scdm multitudinē magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tube: laudate eum in psalterio et cythara.
Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in chordis et organo.
Laudate eū in cymbalis benesonātibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum.
Requiem eternam dona eis dñe. Aña.



Omnis spiritus laudet dominum. Psalmus.

Requiem eternam dona eis domine. ℟m. Et lux perpetua luceat eis. Antiphona.



Ego sum. Seculorum. Amē. Psalmus.

Benedict⁹ domin⁹ deus Israel: quia visitavit et fecit redemptionem plebis sue.

Et erexit cornu salutis nobis: in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum: qui a seculo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris: et de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patrib⁹ nostris: et memorari testamēti sui sancti.

Iusiurandum quod iuravit ad Abraham patrem nostrum: daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: serviamus illi.

In sanctitate et iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer, propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum.
Per viscera misericordie Dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedēt: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.
Requiem eternam dona eis domine. An.




Ego sum resurrectio & vita, qui credit in



me etiam si mortuus fuerit viuet, & om-



nis qui viuit & credit in me, non morie-



tur in eternum. Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen. Psalmus.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendẽtes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est: ꝛ propter legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino.
A custodia matutina vsqꝫ ad noctem: speret Israel in domino.
Quia apud dominum misericordia: ꝛ copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius.
Requiem eternam dona eis domine: ꝛ lux perpetua luceat eis. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. Domine exaudi orationem meam. Et clamor. Oratio.
Inclina dñe aurem tuã ad preces nostras quibus misericordiã tuam supplices deprecamur: vt animas famulorum famularúmqꝫ tuarum quas de hoc seculo migrare iussisti: in pacis ac lucis regione constituas: ꝛ sanctorum tuorũ iubeas esse

consortes. Per dominum. Oratio.

Quesum⁹ domine pro tua pietate miserere anime famule tue ꝛ a cõtagiis mortalitatis exutam, in eterne saluationis partem restitue. Per dominum nostrum.

Oro. Beati apostoli tui. ꝛc. vt supra Oro.

Deus qui nos patrẽ ꝛ matrẽ honorare precepisti miserere clemẽter animabus parẽtum nostroꝝ, eorumqꝫ peccata dimitte: nosqꝫ cũ eis in eterne claritatis gaudio fac viuere. Oratio.

Deus venie largitor ꝛ humane salutis amator, quesumus clementiam tuam: vt nostre congregationis fratres, sorores amicos, parentes, ꝛ benefactores nostros qui ex hoc seculo transierũt, beata maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis, ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas. Oratio.

Fidelium deus omniũ cõditor ꝛ redemptor animabus famuloꝝ famularumqꝫ tuarũ remissionem cunctorũ tribue peccatorum: vt indulgẽtiam quã semꝑ optauerũt, piis supplicationibus cõsequãtur. Qui viuis ꝛ regnas deus. Per oĩa sc̃la seculoꝝ. Amen. Requiescãt in pace. Amen.



Equiem eter nam dona

eis domi ne: & lux perpetua

luceat e is. Ps. Te decet

hymnus Deus in Sion: & tibi

reddetur votum in Hieru salem,

exaudi Deus orationem meam

Jacobus Sudiz, optimae spei
adolescens, obiit Ingolstadii



ad te omnis caro veniet. Rm.



Requiem eter nam do na eis



do mine Et lux perpe=



tua lu=



ceat eis. V. Anime



eo rum in bo nis



demorentur, & semen e-




o rum here-




ditet ter ram. ℞.



Si ambu lem in me di o umbre



mortis non time bo



ma la, quoniam tu me-

cum es Domi-

ne. Versus. Vir ga

tu a et ba-

cu lus tu us i psa

me consola ta sunt.

Tractus.



Absolue do mine a nimas oim



fidelium defuncto rum ab omni



vin culo deli cto rum. ℟.



Et gratia tua illis succurren te



mereantur e uadere iudicium



vlti o nis. ℣. Et lucis



eter ne beatitu dine



perfrui. Offer.



Domie Jesu Christe rex glo rie libera



animas omnium fidelium defuncto-



rum de manu infer ni & de pfundo lacu,



libera eas de ore leo nis: ne absorbeat

eas tartarus ne cadant in obscu ra tene-

brarũ lo ca: sed signifer sanctus Micha-

el representet e as in lu cem san-

ctam. Quam olim Abrahe promisisti, et

se mini e ius. Hostias et

preces tibi domine offerimus tu suscipe



p animabus illis quarum hodie memo-



riam agim⁹ fac eas domine de morte trãs-



ire ad vi tam sanctã. Quã olim abrahe



promisisti ꝑ se mini eius. Cõio.



Lux eterna luceat eis domĩe cum sanctis



tuis in eternum quia pius es. Requiem

eternam dona eis domine: & lux perpetua

luceat eis. Cum sanctis tuis in eternum

quia pius es. ¶ Prosa pro defunctis.


Lux eterna bea torum animabus defū-

ctorum luceat vt in e ternum. Chorus.


Requiescāt in pace. Scte̅ de⁹ tu sanctorū




misererere miserorum vt cum sanctis in



eternum. Chorus. Requiescāt in pace.



Sancta virgo virginum ora semper dñm



vt vobiscum in eternū. Chorus. Requies-



cant in pace. Sancti quoqꝫ spiritus exo-



rate celitus vt vobiscum in eternum.



Chorus. Requiescant in pace. Patriar=




che cum prophetis ore deo suppliciter pro



defunctis vt in celis. Chorus. Requiescãt



in pace. Apostoli Jesu christi his solutis



lo co tuti obtinetis vt in celis. Chorus.



Requiescant in pace. Martyrum exercit⁹

Prosa

expugnat celitus horũ hostes vt in celis.

Chorus. Requiescant in pace.

Confessores precibus et vestris virtuti=

bus subuenite vt in celis.

Requiescant in pace. Chorus.

Omnes sancte virgines ascendentes hy=

mines vestra prece in eternum. Chorus.

Requiescant in pace. Omnes sancti pa-

riter supplicate iugiter vt hi simul in e-

ternum. Chorus. Requiescant in pace.

Amen amen dicimus vota sancti fundi-

mus subuenite vt in celis. Chorus.

Requiescant in pace, Amen. Alia prosa.

Languentibus in purgatorio, qui pur-

gantur ardore nimio et torquentur sine

remedio subveniat tua compassio.

O Maria. Fons es patens que culpas

abluis omnes sanas & nullum respuis:



manum tuam ostēde mortuis qui sub pe-



nis languent continuis. O Maria.



Ad te pia suspirant mortui cupientes de



penis erui et adesse tuo cōspectui ꝑ gau-



diis e ternis perfrui. O Maria. Ala-



uis Dauid que celum aperis nunc beata

Bmolle

succurre miseris, qui tormentis torquen-

nara

tur asperis, educ eos de domo carceris.

bc


elise

O Maria. Rex iustorum, norma cre-

dentium, vera salus in te sperantium

pro defunctis sit tibi studium assidue

orare filium. O Maria. Benedicta per tua



merita, te rogamus mortuos suscita, et



dimittens eorum debita, ad requiem sis



eis semita. O Maria. Amen.

¶ Pro defunctis in elevatione sacramenti.



Redemptor animarũ omnium christiano-



rum mit te archangelum sanctum mi-



chaelem ut ille clementer e as



eripiat de regionibus tenebrarum



⁊ perducat eas in ſinu Abrahe ⁊ in lu-



cem ſempiter nam. Quam.

Item pro defunctis.



Domine ieſu chriſte omnium defũctorum



animas ſuſcipe. Et eas collocari iube



in eterna beatitudine. O ieſu bone.





¶ Sequuntur cōmendationes mortuorum.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie e=
leison. Pater noster. Et ne nos inducas in
tentationem. Sed libera. Oremus.


NOn intres in iudiciū cum seruo tuo
(ancilla tua) domine: quoniā apud
te nullus iustificabitur homo, nisi per te o=
mnium peccatorum tribuatur remissio: nō
ergo eū (eam) tua quesumus iudicialis sen=
tentia premat: quem quam tibi vera suppli=
catio fidei Christiane cōmendat: sed gratia
tua illi succurrente, mereatur euadere iu=
dicium vltionis qui que dum viueret: insi=
gnitus insignita est signaculo sancte trini=
tatis. Per eum qui venturus est iudicare
viuos et mortuos: et seculum per ignem.

Responsorium.



Ubuenite sancti Dei occurrite angeli domi ni suscipiẽtes animas eorũ Offerẽtes eas in cõspectu al tissi mi.

℟. Suscipiat eas christ⁹ qui voca= uit, ⁊ in sinu Abrahe ange li de= du cant. Offerentes. Kyrie eleison.



Christe eleison. Kyrie eleison.




Pater noster. Oremus. Oratio.

DEus cui omnia viuunt & cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutãtur in meli⁹, te supplices deprecamur: vt quicquid aĩa famuli tui, famule tue viciorum tueq₃ volũtati contrarium fallente diabolo & propria iniquitate atq₃ fragilitate contraxit, tu pius & misericors ablue indulgendo, eamq₃ suscipi iubeas per manus sanctorum angelorum tuorum deducendã in sinu patriarcharum tuorum abrahã scilicet amici tui, & ysaac electi tui atq₃ iacob dilecti tui, quo aufugit dolor & tristitia atque suspirium: fidelium quoq₃ anime felici iocũditate letantur, & in nouissimo magni iudicij die, inter sanctos & electos tuos eam facias perpetue glorie percipere portionẽ, quã oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quam preparasti dili-


gentibus te. Per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos & seculum per ignē. Amen. Responsorium.



Anteq̄ nascerer nouisti me, ad imaginem



tuam dn̄e formasti me. Modo reddo tibi



creatori animā meā. ℣. Cōmissa mea



pauesco & ante te erubesco: dū veneris



iudicare noli me cōdemnare. Mo do.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos inducas in tētationem. Sed libera. Oremus.

Fac quesumus domine cũ seruo tuo ancilla tua defuncto defuncta misericordiam: vt factorũ in penis non recipiat vicem: qui que tuam in votis tenuit voluntatem: & sicut hic illum illam vera fides iũxit fideliũ turmis: ita eum eam illic tua miseratio societ angelicis choris. Per eũ qui venturus est iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem: Amen. Responsorium.



Chorus angelorum te suscipiat & in sinu



abrahe ibi te collocet vt cum la zaro



quondã paupe re eternam ha beas



requiem. In paradisum deducãt te an-



geli, in tuo aduentu suscipiāt te martyres



& perducāt te in ciuitatē sanctā hierusalē.

¶ Benedictio sepulchri.

ROgam⁹ te domine sancte pater omnipotens vt digneris bene ✠ dicere hoc sepulchrum & in eo collocatum: vt sit remedium salutare in eo quiescenti & redemptio anime eius atq; tutella & munimen cōtra iacula inimici. Per christum dominum nostrum. Amen.

Benedictio cerei Paschalis.





Exaltet iam angelica turba celorū, exultent diuina mysteria, & pro tāti re-







gis victoria tuba intonet salutaris. G au-



deat se tellus tãtis irradiata fulgoribꝰ, ⁊



eterni regis splẽdore illustrata totiꝰ orbis




se sentiat amisisse caliginem.



L etetur ⁊ mater ecclesia tanti luminis



adornata fulgoribus, ⁊ magna populorũ



vocibus hec aula resul tet. Qua pro-



pter astantibus vobis fratres charissimi



ad tam miram huius sancti luminis cla-



ritatem vna mecum queso dei omnipo-



tentis misericordiam inuocate, vt qui me



nō meis meritis intra leuitarū numerū



dignat⁹ est aggregare, luminis claritatẽ



infundens cerei hui⁹ laudem implere per-



fici ac. Per dñm nostrum Jesum christũ



filiũ tuum cũ quo vivit ⁊ regnat in uni-




tate spiritus sancti deus. Per omnia se-



cula seculorum. Amen. Dñs vobiscum.



Et cũ spiritu tuo. Sursum corda. Habe-



mus ad dominũ. Gratias agamus dño



Deo nostro. Dignũ ꝛ iustum est. Vere q̄



dignum ꝛ iustũ est inuisibilẽ Deum patrẽ



omnipotentem filiumque eius vnigeni-



tum dñm nostrum Jesum Christum toto



cordis ac mentis affectu & vocis ministe-



rio personare. Qui pro nobis eterno pa-



tri Ade debitum soluit, & veteris piaculi




cautionē pio cruore detersit. Hec sunt enī



festa paschalia, in quibus ver⁹ ille agnus



occiditur, eiusq̧ sanguine postes fidelium



consecrātur. Hec nox est in qua primum



pr̄es nr̄os filios israel de egypto eductos



rubrum mare sicco vestigio transire fecisti.



Hec nox est que peccatorū tenebras co-



lūne illuminatione purgauit. Hec nox



est que hodie per vniuersum mūdū in chri-



sto credētes a vicijs seculi ⁊ caligine pec-



catorū segregatos reddit gratie, sociat sā-



ctitati. Hec nox est in qua destructis vin-



culis mortis xp̄s ab inferis victor ascēdit.



Nihil enim nobis nasci ꝓfuit, nisi redimi



profuisset. O mira circa nos tue pietatis



dignatio. O inestimabilis dilectio chari-



tatis, ut servũ redimeres filiũ tradidisti.



O certe necessarium Ade peccatum, quod



Christi morte deletũ est. O felix culpa, que



talẽ ac tãtũ meruit habere redẽptorẽ. O



vere beata nox, q̃ sola meruit scire tẽp9 et



horā in qua xp̄s ab inferis resurrexit. Hec



nox est de qua scriptū est: & nox vt dies il=



luminabitur, & nox illuminatio mea in de=



litiis meis. Huius igitur sanctificatio



noctis fugat scelera, culpas lauat, & red=



dit innocētiā lapsis, & mestis letitiā, fugat



odia, concordiam parat, & curuat imperia.
Subdiaconus ponat quinq grana incensi benedicti in cereo in modum crucis.



In huius igitur noctis gratia suscipe san-



cte pater incẽsi hui⁹ sacrificium vesperti-



nũ, quod tibi in hac cerei oblatione solẽni



per ministrorũ manus de operibus apũ



sacrosancta reddit ecclesia. Sed iam co-



lumine huiꝰ preconi a nouimus, quam in



honore dei rutilans ignis accendit.

Hic accenditur cereus.



Qui licet diuisus in partes, mutuati tamē



luminis detrimenta nō nouit. Alitur e-



nim liquātibus ceris, quas in substātiam



preciose huiꝰ lāpadis apis mater eduxit.

Hic accendātur lāpades & cōtinue dicatur.



O vere beata ⁊ mirabilis apis, cuius nec



sexū masculi violāt, fet⁹ non cassant, nec



filij destruūt castitatē. Sed sicut sctā cō-




cepit virgo Maria virgo peperit ⁊ virgo




permāsit. O vere beata nox, que expolia-



uit egyptios ditauit hebꝛeos. Nox in





qua terrenis celestia, humanis diuina iu-



guntur. Oramus ergo te domine vt ce-



reus iste i honorẽ tui nominis consecratꝰ,



ad noctis huiꝰ caliginẽ destruẽdã indefi-



ciẽs pseueret. Et in odorẽ suauitatis effe-



ctꝰ supnis luminaribꝰ misceat. Flãmas




eius lucifer matutinus inueniat. Ille in-



quã lucifer q̃ nescit occasũ. Ille q̃ regres-



sus ab iferis humano generi seren⁹ illuxit.



Precamur ergo te dñe vt nos famulos tu-

os, oẽmqȝ clerũ, ⁊ deuotissimũ populum



vna cum beatissimo papa nr̃o, ⁊ antistite



nr̄o, & rege nr̄o eiusq́ꝫ quiete tēporū cōces-



sa in iis paschalib⁹ gaudiis cōseruare di-



gneris. Per dn̄m nr̄m Jesum Christū filiū



tuū. Qui tecū viuit & regnat in vnitate



spūs scti de⁹. Per oia scl'a seculorū Amen.
Postmodū legūtur pphetie deinde cātatur letania eundo ad fontes locum vbi dicitur.
Ut fructus terre dare & conseruare digneris. Respōdetur à clerico. Te rogam⁹ audi nos. Postea dicat sacer. officiēs. Ut fōtes



Ut fõtes iſtos benedi ✠ cere dignerꝫ. Ut



fõtes iſtos bñ ✠ dicere ⁊ ſcti ✠ ficare digne



ris Ut fontes iſtos bene ✠ dicere, ſancti-



ficare ⁊ conſe ✠ crare digneris.

Legẽdo dicatur orõ vſqꝫ ad pꝛefa. Oꝛatio.

Dñs vobiſcum. Et cũ ſpiritu tuo. Oꝛemus

OMp̃s ſempiterne deus adeſto magne bonitatis tue myſteriis, adeſto ſacra-mẽtis: ⁊ ad creandos nouos populos quos tibi fons baptiſmatis parturit, ſpiritũ adoptionis emitte: vt quod noſtre humilitatis gerendum eſt myſterio, tue virtutis implea tur effectu. Per dominum noſtrum Jeſum.

Per oĩa secula seculorũ. Amen. Dñs vobiscũ. Et cũ spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dñm. Gratias agamus dño deo nr̃o. Dignũ et iustũ est. Vere dignũ et iustũ est equũ et salutare. Nos tibi semper et vbiqꝫ grãs agere. Dñe sctẽ pater



omnipotens eterne deus. Qui in inuisibili poten-



tia sacramentorum tuorum mirabiliter opera-



ris effectum et licet nos tantis mysteriis exe-



quendis simus indigni tu tamen gratie tue



dona non deseras etiam ad nostras preces aures



tue pietatis inclines. Deus cuius spiritus



super aquas iter ipsa mūdi primordia fere=



batur vt iā tūc virtutē sctificatiōis aqua=



rū natura cōciperet. Deꝰ q̄ innocentis




mūdi crimina per aquas abluēs regeneratio



nis specīē in ipsa diluuij effusiōe signa✠



sti, vt vnīꝰ eiusdēq; elementi ministerio Et



finis esset vitiis, & origo virtutibus. R e-




spice dñe in faciem ecclesie tue & multiplica



in ea regenerationes tuas qui gratie tue



affluentis impetu letificas ciuitatẽ tuam



fontẽq; baptismatis aperis toto orbe ter=



rarũ gẽtib9 innouandis, vt tue maiestatis

imperio sumat vnigeniti tui gratiam de

spiritu sancto. Q ui hāc aquā regeneran-

dis hoib⁹ preparatā archana sui luminis

admixtione fecūdet: vt sctificatione cōcep-

ta ab imaculato diuini fontis vtero i nouā

renata creaturā pgenies celestis emergat.

Hic tangat ſacer. aquam in modum crucis:



Ut quos aut ſexꝰ ĩ corpe aut etas diſcernit



in tẽpore: oẽs in vnã pariat grã mater in-



fantiã. Procul ergo hic iubẽte te dñe oĩs



ſpũs imũdꝰ abſcedat, ꝓcul tota nequicia



diabolice fraudis abſiſtat: Nihil hic loci



habeat contrarie virtutis admix-

tio, non insidiando circumuolet, non

latendo subripiat, non inficiendo

corrumpat. Sit hec sctā & innocens

creatura libera ab oī ipugnatoris icursu,

& toti⁹ neqtie purgata discessu. Sit fōs ✠

viu⁹, aqua rege ✠ nerās, vnda purifi ✠ cās

Ut oēs hoc lauacro salutifero diluēdi ope-

rāte in eis spū sctō pfecte purgatiōis indul-

gentiā cōsequātur. Unde bn̄ ✠ dico te cre-

atura aque. Per deū ✠ viuū per deū ✠ ve-

rū: per deū ✠ sctm̄: per deū q̄ te in pricipio

vbo separauit ab arida: cui⁹ spūs sup te fe-



rebatur, q̄ de padiso manare et in quatuor



fluminib⁹ totam terram rigare precepit.

Hic diuidat aquam in quatuor partibus in modum crucis.




Qui te ī deserto amarā suauitate īdita fecit



esse potabilē, et sitiēti ppl'o de petra pduxit.



Bn ✠ dico te p iesū xp̄m filiū ei⁹ vnicū dn̄m



nr̄m q̄ te in chana galilee signo admirabili

sua potẽtia cõuertit in vinũ. Qui pedib⁹

sup te ambulauit, ⁊ a ioãne i iordane i te ba-

ptizat⁹ est. Qui te vna cũ sãguine de late-

re suo pduxit, ⁊ discipulis suis iussit vt cre=

dẽtes baptizarẽtur in te dicẽs. Ite docete

omẽs gentes baptizantes eos in nomine



patris ✠ fi lij ✠ spiritus sancti. Amen.

Hec nobis precepta seruantibus tu Deus omnipotens ✠ clemens adesto tu benignus aspira.

Sub missa voce hic dicendo dz officiens aspire te super aquam in modum crucis.



Tu has simplices aquas tuo ore benedicito vt pre



ter naturalem emundationem quam lauandis pos-



sint adhibere corporibus sint etiam purifi-




Hic mittat cereum in aquam ter degustando ceram in modum crucis.

candis mentibus efficaces.



Descendat in hanc plenitudinem fontis



Dicat ter

Descẽdat

virtus spũs tui. Totãq; huius aque



substãtiã regenerãdis hoĩbus preparatam



archana sui lumĩs fecũdet effectu. Hic o=



mniũ pctõrũ macule deleantur: hic natura



ad imaginẽ tuã cõdita & ad honorẽ sui re=



formata pricipij cūctis vetustatis squalori-



bus emūdetur Ut oīs homo hoc sacramē-



tū regenerationis ingressus, in vere innocētie



noua infantia renascatur. Per dn̄m nr̄m Je



sū xp̄m filiū tuū. Qui tecū viuit & regnat



in vnitate spūs sancti deus. Per oīa secula.

¶ Hic fer aquã de fonte ad patellã, & de patella ad piscinã. Postea mittat crisma in aquam in modũ crucis. dicendo. Recũdetur & sanctificetur fons iste salutifero crismate In noĩe patris & filij & spiritussancti. Amẽ. Deinde oleũ vnctionis dicendo Cõiũctio olei vnctionis & aque baptismatis. In noĩe patris & filij & spiritussancti amẽ. Insuper accipiat sanctũ crisma & oleum vnctionis simul, dicendo Coniunctio crismatis sanctificationis & olei vnctionis & aque baptismatis. In nomine patris & filij & spiritussancti. Amen. Postea aspergat populũ, dicendo Asperges. vel Vidi aquam. Ulterius inhibeat astantibus ne ex illa aqua faciant incantationes sortilegia nec alia tã genda contra legem dei & precepta decalogi sub pena excommunicationis.

¶ Quere septem psalmos supra fo. xv. aña

Ne reminiscaris domine delicta mea vel parentum meorum, neqꝫ vindictam sumas de peccatis meis. parce mihi dñe, parce populo tuo quem redemisti precioso sanguine tuo ne in eternum irascaris nobis.

¶ Letania dicenda tempore quadragesimarum in absolutionibus.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Christe audi nos.
Christe adiuua nos.
Pater de celis deus: miserere nobis.
Fili redẽptor mundi deus Miserere nobis.
Spiritussancte deꝰ, Miserere nobis.
Sancta trinitas unꝰ deꝰ, Miserere nobis.
Sancta Maria, ora pro nobis.
Sancta dei genitrix, ora pro nobis.
Sancta virgo virginum, ora pro nobis.
Sancta regina celorum, ora pro.
Sancte Michael, ora pro.
Sancte Gabriel, ora pro.
Sancte Raphael, ora pro.
Omnes sancti angeli & archangeli, orate.
Oẽs sancti beatorũ spirituũ ordines, orate.
Sancte Joannes baptista, ora pro.
Omnes sancti patriarche & pphete orate.
Sancte Petre, ora pro nobis.
Sancte Paule, ora pro.
Sancte Andrea, ora pro.
Sancte Jacobe, ora pro.
Sancte Joannes, ora pro.
Sancte Philippe, ora pro.
Sancte Bartholomee, ora pro.
Sancte Matthee, ora pro.

Sancte Simon, ora pro.
Sancte Iuda, ora pro.
Sancte Iacobe, ora pro.
Sancte Luca, ora pro.
Sancte Barnaba, ora pro.
Sancte Matthia, ora pro.
Omnes sancti apostoli et euangeliste dei, Orate.
Omnes sancti discipuli domini, Orate.
Omnes sancti innocentes, Orate.
Sancte stephane, ora pro.
Sancte donatiane, ora pro.
Sancte rogatiane, ora pro.
Sancte Laurenti, ora pro.
Sancte Vincenti, ora pro.
Sancte Georgi, ora pro.
Sancte Corneli, ora pro.
Sancte Cypriane, ora pro.
Sancti Geruasi et prothasi, Orate.
Sancte Christophore, ora pro.
Sancte Blasi, ora pro.
Sancte Fabiane, ora pro.
Sancte Sebastiane, ora pro.
Sancti Cosma et Damiane, orate pro.
Sancte Eutropi, ora pro.
Sancte Gunharde cum sociis tuis. or.
Sancte Eustachi cum sociis tuis. or.

Sancte dionisi cum sociis tuis or.
Omnes sancti martyres, Orate:
Sancte Martine, or. Sācte Nicolae, or.
Sancte Siluester, or. Sancte Clare, or.
Sancte Amane or. Sctē Francisce, or.
Sancte Ludouice, or. Sancte Fiacri, or.
Sancte egidi, or. Sancte Eligi, or.
Sancte yuo, ora pro.
Omnes sancti confessores. Orate.
Omnes sancti monachi & heremite, orate.
Sancta Anna, ora pro.
Sancta Maria Magdalena, or.
Sctā Petronilla, or. Sancta Agatha, or.
Sancta Margareta, ora pro.
Sancta Catherina, ora pro.
Sancta Euphemia, or. Sctā charitas, or.
Sancta fides, or. Sancta spes ora pro.
Sancta Radegundis, ora pro.
Sancta Emerentiana. ora pro.
Sancta Barbara, ora pro.
Omnes sancte virgines. Orate.
Omnes sancti & sancte dei, Orate.
Propitius esto Parce nobis domine.
Ab omni malo. Libera nos domine.
Ab insidiis diaboli. Libera nos domine.
A damnatione perpetua. Libera nos do.

A spiritu fornicationis, Libera nos dñe.
Ab immundicia mentis & corporis, Lib.
Ab ira & odio & omni mala volũtate, Libera nos domine.
A fulgure & tempestate. Libera nos dñe.
A subitanea & improuisa morte. Libera.
A penis inferni, Libera nos domine.
A laqueis diaboli, Libera nos domine.
Per sanctam annunciationem tuam, Lib.
Per mysteriũ sancte incarnationis tue. Li.
Per baptismum tuum, Libera nos dñe.
Per ieiunium tuum, Libera nos domine.
Per passionem, crucem & mortem tuã, Li.
Per gloriosam resurrectionem tuam, Lib.
Per admirabilem ascensionem tuam, Lib.
Per gratiam sãncti spiritus paracliti, Li.
In hora mortis: succurre nobis domine.
Peccatores Te rogamus audi nos.
Ut pacem nobis dones, Te rogamus.
Ut mia & pietas tua nos custodiat, Te.
Ut ecclesiam tuam regere & defensare digneris. Te rogamus audi nos.
Ut fructus terre dare & conseruare digneris, Te rogamus audi nos.
Ut mentes nostras ad celestia desideria e-

rigas, Te rogamus audi nos.
Ut nos exaudire digneris. Te rogamus.
Fili dei, Te rogamus audi nos.
Fili dei, Te rogamus audi nos.
Fili dei, Te rogamus audi nos.
Agnus dei, qui tollis peccata mūdi: parce nobis domine.
Agnus dei, qui tollis peccata mundi: Exaudi nos domine.
Agnus dei, qui tollis peccata mundi: miserere nobis: & dona nobis pacem.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleisō. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos.
℣. Saluos fac seruos tuos & ancillas tuas.
℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Mitte eis domine auxilium de sancto. ℟. Et de siō tuere eos. ℣. Memor esto congregationis tue. ℟. Quam possedisti ab initio. Domīe exaudi orationem meam. Et clamor me⁹ ad te veniat. Dn̄s vobiscū. Et cū spū tuo. Orō.
Exaudi dn̄e preces nostras & confitentium tibi parce peccatis: vt quos conscientie reatus accusat: indulgentia tue miserationis absoluat. Per christum. Oratio.
PReueniat hos famulos tuos & famulas tuas domine misericordia tua: &

omnes iniquitates eorũ celeri indulgentia deleantur. Per Christum. Oremus.

Adesto domine supplicationibus nostris: et me etiam qui mĩa primus indigeo clementer exaudi: et mihi quem non electione meriti, sed dono gratie tue constituisti operis hui⁹ ministrum: da fiduciam tui muneris exequendi, et ipse in nostro ministerio quod tue pietatis est operare. Per Christum dominum nostrum. Oratio.

Deus infinite mĩe veritatisqꝫ immẽse ppiciare iniquitatib⁹ nostris, et animarũ nostrarum medere lãguorib⁹: vt miserationũ tuarũ remissione percepta, in tua semper benedictione letemur. Per Oratio.

Presta q̃s dñe his famulis et famulabus tuis dignum penitẽtie fructum: vt ecclesie tue sancte a cuius integritate deuiarunt peccãdo, omissorum veniam consequendo reddantur innoxii. Per Christum.

¶ Hic dicitur Confiteor. quo dicto dicat sacerdos. Amen. Misereatur vestri. Oratio.

Dominus iesus christ⁹ q̃ dixit discipulis suis: quecũque ligaueritis sup terrã, erunt ligata et in celo: et quecũqꝫ solueritis super terrã, erũt soluta et in celis, de quorũ

numero q̄uis indignos nos esse voluit, ipse vos absoluat per ministerium nostrū ab omnibus pctis vestris, quecunque cogitatione, locutione, atq; opere negligenter egistis, atq; à peccatorum nexibus absolutos perducere dignetur ad regna celorum. Per. Oratio.

Dominus iesus christus qui beato Petro principi apostolorum et ceteris discipulis dedit potestatem ligādi atq; soluendi, ipse vos absoluat per ministeriū nostrum ab omni vinculo peccatorum, & quantū mee fragilitati permittitur, sitis absoluti ante tribunal Christi, habeatisq; vitam eternam: & viuatis cū eo ī sclā seculorū. Amē. Oratio.

Absolutim⁹ vos vice beati Petri Apostoli cui cōcessa est à deo ligandi atque soluendi potestas: cuius vicem (licet indigni) tantū nomine non merito tenemus: & quantum vestra cōpetit accusatio, & ad nos pertinet remissio, sit omnipotens deus omnium peccatorum vestrorum pius indultor: & cunctorum criminum clementissimus absolutor. Per Christum dominum. Oratio.

Absolutionem & remissionem omniū peccatorum vestrorum percipere mereamini à dn̄o deo: hic & in eternum. Amen.

¶ Forma absolutionis, ab excommunicatione maiori non solenni. Primo excommunicatus cum absoluitur, iurare debet stare mandatis iudicis absoluentis, & ecclesie. Deinde dicat psalmum. Miserere mei Deus, secundum magnam misericor. totum & in fine dicat, Gloria patri. &c. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos inducas. Sed libera. ℣ Saluum fac seruum tuum vel ancillã tuam. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo vel in ea. ℟ Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Oratio.

Deus cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostram: vt hunc (hanc) famulum (famulam) tuum (tuam) quem (quam) excommunicationis cathena cõstringit: miseratio tue pietatis absoluat. Per Christum. Deinde dicat.

Auctoritate Dei patris omnipotẽtis, & beatorum Apostolorũ Petri & Pau-

it mihi cōmissa, et ecclesie sancte sue, et nostra absoluimus te à tali sententia qua ligatus ta eras, et te communioni ecclesie, et participationi omnium fidelium, ac ecclesiasticis sacramentis restituimus. In nomine ✠ patris, et filii, et spiritus sancti. Amen.

Et sibi iniungat penitentiam salutarem secundum quam discretioni sue videbitur.

Deinde dicat.

Presta quesumus domine huic famulo le tuo tue dignum penitētie fructū: vt ecclesie tue sancte, à cuius deuiauerat integritate peccando: amissorum veniam consequendo reddatur innoxius. Amen. Aña.



Aue Maria, gratia plena dominus te-



cum benedicta tu in mulieribus, et benedi-



ctus fructus vētris tui Jesus. Sctā Maria



mater Dei, ora p nobis peccatorib⁹. Amen.

Sequūtur benedictiones. Et primo ad omnia quecunq; volueris.

Adiutorium nostrum in nomine domini. Rm. Qui fecit celum & terram. Sit nomen. Resp. Ex hoc nūc. Benedicite. Resp. Dominus vobiscum. Benedictio.

BEne ✠ dic domine creaturā istam. N. vt sit remediū salutare generi humano, & presta per inuocationem sancti nominis tui: vt quicunq; ex ea sumpserit corporis sanitatem, & anime tutelam percipiat. Per dominum nostrum.

Et aspergatur aqua benedicta dicendo.

In nomine patris, & filij.

Alia benedictio pro signo crucis.

SAnctifica domine istud signaculū passionis tue: vt sit inimicis tuis obstaculum, & credentibus in te perpetuum perfice vexillum. Per Christum dominum nostrum. In nomine patris, & filij, vt supra.

Benedictio vue, & pro alio fructu.

BEnedic domine & hos fructus nouos vue: quos tu domine rore celi & inun-

dantia pluuiarum, et temporum serenitate, atque tranquillitate, ad maturitatem perducere dignatus es, et dedisti eos ad usus nostros, cum gratiarum actione percipere. In nomine patris domini nostri Jesu Christi filij eius, et spiritus sancti. Amen.

Benedictio pere.

DEus inuicte potentie et pietatis immense, ad te peregrinantium refugiũ, ac totius consolationis auxilium qui famulis tuis inuictricia arma tribuis: quesumus, quaten⁹ hanc peram deuote humilitatis bene ✠ dicere digneris: ut uenerãde crucis uexillũ, cuius in ea est designata figura, sit inuictissimum robur, cui contra antiqui hostis ualidissima tentamenta: sit in uia defensio sit in domo protectio, sit ubique presidium. In nomine patris. ut supra.

Quando mittit supra collum.

ACcipe peram, signum peregrinationis tue: ut per uiam mandatorũ Dei currens, Archangelus domini bon⁹ comitetur tecum: et bene disponat itinera tua. In nomine patris. ut suprà. Ad baculũ dandũ.

ACcipe uirgã et baculum consolationis Dei: ut possis incedere per uiã sapiẽtie

& per semitam iustitie & veritatis sanus redire in domum tuā. In nomine. ✠ Signet eum signo crucis, & aspergat.

Benedictio vestium.

Domine Iesu Christe, qui pro salute generis humani de celo ad terrā descendere, & in vtero gloriose virginis Marie incarnari voluisti: benedic istam vel istas N. vt omnes ex eis induti protegātur, ab hostibus anime & corporis: & cum triumphali victoria hostibus superatis illesi: & gloriam cōsequi valeāt eternam. In nomine. vt supra.

De Purificatione mulierum post partum.

Mulieres autem post partum completo certo dierum numero, vt moris est purificande accedūt ad ecclesiam Missam auditure: in fine vero Misse, dicto sācti Joannis Euangelio: muliere astante prope altare: presbyter manibus tenēs panem aptū ad benedicendum, dicit.

Adiutorium nostrum in nomine domini. Qui fecit celum & terram. Sit nomen domini benedictum. Ex hoc nunc & vsque in seculum. Et subiungit. Oremus.

Oratio.

BEnedic domine hãc creaturam panis, qui benedixisti quinq; panes in deserto: vt manducans eum purgata a vitiis salutem consequatur mẽtis & corporis. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, &c.

Quo sic benedicto, & aqua benedicta cõsperso, tradatur mulieri cõmedendus. Deinde datur ei stola vel pax ad osculandum. Tunc mulier aqua benedicta aspersa cum ceteris recedit. Si vero mulier graui infirmitate ante tempus purificandi, in domo detineatur, & requirat se esse purificãdam: presbyter accedat ad eam, & dicat euangeliũ sancti Joannis: scilicet. In principio, &c. Detque mulieri panem, prius per eum benedictum, ad comedendum & stolam ad osculandum. Aspergat eã aqua benedicta, & recedat. Si autẽ voluerit recipere corpus Christi: nulla alia purificatio peragenda est: quia corpus Christi omnia alia purgat vitia.

De benedictione Imaginum. Et primo de benedictione Imaginis beate Marie virginis.

BEnedicturus Põtifex Imaginẽ beate Marie: Pontifex dicit. V. Adiutoriũ nostrum in nomine domini. Rm. Qui fecit

celum & terram. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.


¶ Quo dicto mox aspergit figuram aqua benedicta. Deinde inchoat schola prosequente antiphona.



Sub tuum presidium confugimus sancta



Dei genitrix, nostras deprecationes ne de-



spicias in necessitatibus, sed à periculis




cunctis libera nos semper virgo bene-



dicta. Seculorum. Amen.

Tempore Paschali, Antiphona.



Alleluia. ps. Fundamenta: totus Gloria patri. Aña. Aue Maria. vr tota. aña. ps. añ.



Aue Maria gratia plena dominus tecum,



benedicta tu in mulieribus: alleluia.


Psalmus. Ad te leuaui. cum Gloria patri: Interim dum predicta cantant, Pontifex Imaginem thurificat, post hec dicat.


Oremus.

Deus qui virginalem aulã beate Marie virginis, in qua habitare eligere dignatus es: da quesumus, vt sua nos defensione munitos, iocundos facias sue interesse commemorationi. Qui viuis & regnas in secula seculorum Amen.

Deinde incipit antiphonã schola prosequente.

O glori osa dei genitrix virgo semper Maria que dominum omni um meruisti portare & regem angelorum sola virgo lactare nostri quesumus pia memorare & pro nobis christum deprecare vt tuis fulti patrociniis ad celestia regna





Gloria patri. Oremus. Oratio. Deus qui de beate Marie virginis vtero. Oremus.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, clementissima cuius dispēsatione cuncta creātur ex nihilo: hāc imaginem in honorem piissime genitricis filij tui Domini nostri Jesu Christi venerabiliter adaptatam, benedicere ✠ & sanctificare digneris: & presta misericordissime pater, per inuocationē nominis tui, atque eiusdem vnigeniti filij tui Domini nostri Jesu Christi, quē pro salute generis humani, integritate virginis Marie seruata, incarnari voluisti: quatenus precibus eiusdē sacratissime virginis, quicūque eandem misericordie reginam, & gratiosissimam dominam nostram coram hac effigie suppliciter honorare studuerint, & de instantibus peri-

culis eruantur, & in cõspectu diuine maiestatis tue de commissis & omissis veniam impetrent, atque mereantur in presenti gratiam quam desiderant adipisci, & in futuro perpetua saluatione cum electis tuis valeant gratulari. Per eundem dominum. ℟. Amen.

Ultimo aspergat illam aqua benedicta.

¶ Benedictio Imaginum aliorum sanctorum. Pontifex incipit. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celũ & terram. Domine exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui sanctorum tuorũ Imagines, seu effigies: sculpi aut pingi non reprobas: vt quotiens illas oculis corporeis intuemur, totiens eorum actus & sanctitatem ad imitandum memorie oculis meditemur: hanc quesumus: Imaginem seu sculpturam in honorem ac memoriam beati N. Apostoli tui, vel martyris, vel confessoris, aut pontificis, aut virginis, adaptatam bene ✠ dicere, ac sancti ✠ ficare digneris. Et presta vt quicunque coram illa ipsum gloriosissimum Apostolum

tuum, vel martyrem, vel confessorem, vel virginem, suppliciter honorare studuerit: illius precibus ac obtentu à te gratiam in presenti, & eternam gloriam obtineat in futuro. Per dominum nostrum. R. Amen.

Ultimo aspergat aqua benedicta.

De reconciliatione cimiterij per se.

Quando cimiterium benedictum, violatum, seu polutum, separatum sit ab ecclesia: reconciliatio cimiterij fieri poterit omni die hoc ordine. In mane diei, qua recōciliatur, parantur in medio cimiterij faldistorium pro Pōtifice: & vas aque munde benedicende: & vas salis. Hora conuenienti Pōtifex indutus in sacristia, aut alio conuenieti loco, amictus alba, cingulo, stola, pluuiali albi coloris, & mitra simplici, ubi supra faldistorium ornatum procumbit: Et cantores ibidem incipiunt & prosequuntur Litaniam, usque Ut obsequium seruitutis nostre tibi rationabile facias: Te rogamus audi nos. Pontifex surgit cum mitra, & baculo pastorali in manu sinistra tenens: & producit signum crucis super cimeterium, dicens: Ut hoc cimiterium reconci ✠ liare digneris. Responsorium. Te rogamus audi nos.

Secundo dicit, Ut hoc cimiterium recon ✠ ciliare & sancti ✠ ficare digneris. ℟. Te rogamus. Tertio. Ut hoc cimiterium reconci ✠ liare sancti ✠ ficare & conse ✠ crare digneris. ℟. Te ro. Pontifex iterum procumbit. Finita litania Pontifex surgit & benedicit aquam simpliter ut supra in principio huius libri. Et stans sine mitra incipit antiphonā. Asperges schola prosequeñ antiphona dicitur tota ut cantatur supra. Psalmus. Miserere mei deus. tot⁹ sine Gloria patri. incepta antiphona Pontifex mitram accipit: & dum antiphona. & Psalmi. predicti dicuntur circuit totum cimiterium incipiens ad eius dextrā aspergens semper ubique aquā benedictam cum aspersorio & potissime in loco ubi pollucio vel violatio cōmissa est. Quo peracto redit ad locū, ubi Litania dicta fuit. Pontifex stans ante faldistorium deposita mitra dicit. Oremus: Et ministri Flectamus genua, leuate. Oratio.

Omnipotens & misericors deus qui sacerdotibus tuis tātam pre ceteris graciam cōtulisti: ut quicquid in tuo nomine digne perfecteque ab eis agitur a te fieri credatur: quesumus immensam clementiam

tuam vt quicquid modo visitaturi sumus vi-
sites ⁊ quicquid benedicturi sumus, benedi-
cas: sitque ad nostre humilitatis introitum:
sanctorum tuorum meritis fuga demonum:
⁊ angeli pacis ingressus. Per Christum do-
minum nostrum. Responsoriũ. Amen. Alia
oratio. Oremus. Ministri dicũt. Flectamus
genua leuate. Oratio.

AUfer a nobis quesumus domine cun-
ctas iniquitates nostras: vt ad san-
cta sanctorum puris mereamur mẽtibus in-
troire. Per Christum dominũ nostrum. ℞.
Amen. Alia oratio. Oremus. Flectamus ge-
nua, leuate. Oratio.

DOmine pie qui agrum figuli precio
sanguinis tui in sepulturam peregri-
norũ comparari voluisti: quesumus dignã-
ter reminiscere clemẽtissimi huius mysterij
tui. Tu es enim dñe figul⁹ noster, tu quietis
nostre ager, tu agri huius es pretiũ tu dedi-
sti etiã ⁊ suscepisti, tu de p̃tio ⁊ in pretio, tui
viuifici sanguinis nos quiescere fecisti ⁊ do-
nasti. Tu ergo dñe quies offensionis nostre
clementissimus indultor expectatissimus
iudicator iudicii tui superabundantissimus
miserator iudicium tue iuste seueritatis ab-

scondens post miserationem tue pie redemptionis adesto exauditor & effector nostre reconciliationis: hocque cimiterium mauseolum peregrinorum tuorum celestis patrie incolatum expectantium, benignus purifica & reconcilia: & hic tumulatorum & tumulandorũ corpora, de potẽtia & pietate tue resurrectionis, ad gloriam incorruptionis non damnãs sed glorificans resuscita. Qui vẽturus es iudicare viuos & mortuos & seculum per ignẽ. ℟. Amen. ¶ His dictis Põtifex stans in loco predicto, dat benedictionem solennẽ populo dicens. Sit nomen dñi benedictum. &c.

Tum redit ad sacristiam. &c.

Signum vel campana benedicẽda debet benedici antequam ponatur in cãpanali hoc ordine. In primis debet campana ipsa ita suspendi, & situari vt commode possit intus & extra tãgi, tractari, & circuire. Deinde prope ipsam campanam benedicendam, paratur faldistorium, vas aque benedicẽde. Aspersorium. Vas cum sale, Linthea mũda ad extergendum campanam, quando opus erit. Vas olei infirmorum sanctum chrisma. Thimiama, thus, myrrha & thuribulum, & igne: diaconus cum amictu s. cum alba, cin-

gulo manipulo, stola dalmatica albi coloris, quibus ordinatis Pōtifex in sacristia, aut alio conuenienti loco paratus, amictus Alba, Cingulo, Stola pluuiali albi coloris, & mitra simplici, baculum pastoralem manu gestans venit prope campanam: vbi sedens super faldistorium ibidem sibi paratum dicit cum ministris psalmos sequeñ. Miserere mei Deus secundum. totus cum Gloria patri. Psalm. Deus in nomine tuo saluum. Psal. Deus in adiutorium meum. Psalm. Miserere mei Deus miserere mei. Psal. Deus misereatur nostri. Oratio. Inclina domine aurem. Pōtifex stans cum mitra benedicit sal & aquam dicens. Exorciso te crea. Ut supra. Deinde Pontifex dicit. Versus. Domine exaudi. R. Et clamor meus. Vsus. Dominus vobiscū. Respons. Et cum spiritu tuo. Oratio. Immensam. Accepta mitra, extensa dextra sup aqua stans absolute dicat. Exorciso te creatura aque. Pontifex sine mitra. Domine exaudi. Et clamor. Dñs vobiscum. Oremus. Deus qui ad salutem. Alia oratio a Pontifice.

Oremus.

Bene ✠ dic domine hanc aquā benedictione celesti: & assistat super eā virtus

Spiritus sancti: vt cum hoc vasculũ ad inuitandos filios ecclesie preparatũ, in ea fuerit tinctum, vbicunque postmodum sonuerit eius tinnitus, procul recedat virt⁹ insidiantium, vmbra fantasmatũ, incursio turbinum, percussio fulminum, lesio tonitruorũ, calamitas tempestatum, omnisque spiritus procellarum: ⁊ cum clangorem illius audierint filij christianorum, crescat in eis deuotionis augmentum: vt festinantes ad pie matris Ecclesie gremium, cantent ibi in Ecclesia sanctorum canticum nouum in laudes eorum deferentes in sono preconium tube, modulationem psalterij, exultationem organi, suauitatem tympani, iucunditatem cymbali, deprecantes dominum celi pro sceleribus, ⁊ pro omnibus necessariis suis: quatenus inuitare valeant in templo sancto tuo suis obsequiis ⁊ precibus multitudinẽ exercitus angelorum, ⁊ intercedẽtibus omnium sanctorum meritis impetrare quod poposcerint mereantur. Saluator mundi Deus: qui cum patre ⁊ spiritu sancto, viuis ⁊ regnas in secula seculorum. Responsorium. Amen.


Pontifex mittit sal in aqua in modũ crucis: semel dicens. Hec commixtio salis ⁊ aque,

efficiatur salutare sacramentum. In nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti.
Pontifex dicit orationē sequē̃. super utrū̃que. Dominus vobiscū̃. Et cum spiritu tuo.
Oremus. Deus inuicte. &c. require. Pontifex accepta mitra, incipit lauare campanā de dicta aqua: ministri prosequuntur lotionē totam intus & extra lauando, quam postea extergunt: Pontifex interim sedet & dicit cum aliis ministris. ps. sequentes.
Lauda anima mea dominū̃. &c. Psalmus.
Laudate dominum quoniam bonus. Psal.
Lauda Hierusalem dominum. &c. Psalm⁹.
Laudate dominum de celis: laudate eum in excelsis. Gloria patri. Sicut erat.
¶ Quibus finitis surgit Pontifex cum mitra, & cum pollice dextre manus, facit ab extra supra campanam de oleo sancto infirmorum signum crucis: quo facto deposita mitra dicit. Oratio.
DEus qui per sanctum Moysen legiferum famulum tuum, tubas argēteas fieri precepisti: quas dum Leuite tēpore sacrificij clangerent: sonitu dulcedine populus monitus ad te adorādum fieret preparatus, & ad celebranda sacrificia conueniret: quarū̃-

que clangore hortatus ad bellum, tela pro-
sterneret aduersantium: presta quesumus,
vt hoc vasculum sancte tue ecclesie prepara-
tum, a tuo sancto spiritu per nostre humili-
tatis seruitium sancti ✠ ficetur, vt per illius
tactum & sonitum: fideles inuitentur ad san-
ctam matrem ecclesiam, & ad premium supe-
rum. Et cum melodia illius auribus insonu-
erit populorum, crescat in eis deuotio fidei, &
amor spiritualis: procul pellantur omnes in-
sidie inimici: fragor grandinũ, procella turbi-
num, impetus tempestatum, temperentur
infesta tonitrua, ventorum flamina fiant sa-
lubriter ac moderate suspensa: prosternat
aereas tempestates dextera tue virtutis, vt
hoc audientes tintinabulum tremiscant &
fugiant ante crucis in eo depictum vexillum
cui flectitur omne genu celestium, terrestriũ,
& infernorum, quod ipse Deus noster Jesus
Christus prestare dignetur. Qui absorpta
morte per patibulum crucis regnat in gloria
dei patris, cum eodem & spiritu sancto. Per
omnia secula seculorũ. ℟ Amen.

¶ Pontifex accepta mitra, extergit cum lin-
theo mũdo crucem a se factã. Deinde inchoat


schola prosequente. Antiphona.



Vox domini super aquas multas, Deus



maiestatis intonuit dominus super



aquas multas. Seculorum. Amen. Ps.

Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia.

Vox domini confringentis cedros: & confringet dominus cedros Libani.

Et comminuet eas tanquam vitulum libani: & dilectus quemadmodū filius unicorniū.

Vox domini intercidentis flammam ignis, vox domini concutientis desertū & commouebit dominus desertum cades.

Vox domini preparantis seruos, & reuelabit condensa: & in templo eius omnes dicent gloriam.

Dominus diluuium inhabitare facit: & sede=

bit dominus rex in eternum.
Dominus virtutem populo suo dabit: dominus benedicet populo suo in pace. Gloria patri. Sicut erat in principio.
Deinde repetitur antiphona. Interim pontifex cum mitra stans, facit cum pollice dextre manus de oleo sancto infirmorũ vij cruces exterius super campanam: & de intus cũ crismate quatuor pari distantia, dicens dum quamlibet crucem facit.
Conse ✠ cretur, & sanctificetur domine signum istud, In nomine patris, & filij & spiritussancti. In honorem sancti N. pax tibi. ¶ Deinde finitis antiphonis & psalmis: ac factis crucibus predictis, Pontifex stans deposita mitra dicit Oremus. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus, qui ante archam federis per clangorem tubarũ muros lapideos quibus cingebãtur aduersantium exercit⁹ cadere fecisti: tu hoc tintinabulum celesti bene ✠ dictione perfundere, purificare, sanctificare, & conseruare digneris: vt ante sonitum eius effugiant ignita iacula inimici, percussio fulminum, impetus lapidum, lesio tempestatum, vt ad interrogationem propheticam: Quid est tibi mare

quod fugisti, suis motibus cum Jordanico retroactis fluento respondeant: A facie domini mota est terra, à facie Dei Jacob. Qui conuertit petram solidam in stagnum aque: & rupem in fontes aquarum. Non ergo nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam, secundum misericordiam tuam: vt cum presens hoc vasculū, sicut reliqua altaris vasa, sacrochrismate tangitur, oleo sacrosancto vngitur, tua bene ✠ dictione sanctificetur: & quod aere aut metalli specie non potest fieri dignum, fiat tua benedictione perfusum: vt quicunque ad sonitum, eius conuenerint, ab omnibus inimici tentationibus liberentur in corpore, & a prauis cogitationibus mundentur in mente, semperq; fidei catholice documenta sectentur, atque tue consolationis gratiam percipere mereātur. Saluator mūdi cui flectitur omne genu celestium, terrestium, & infernorū. Qui cum patre & spiritu sancto viuis & regnas in secula seculorum. Responsorium Amen.

¶ Tum sedet Pontifex, & accepta mitra imponit in thuribulo thimiama thus, & myrrā, si haberi possunt: alioquin que ex ipsis habentur: quibusimpositis thuribulum ipsum

Benedictio signi vel campane.

supponitur campane seu signo: vt totum fumum recipiat: schola interim cantante.

Antiphona.





Psalmus.

Viderunt te aque deus, viderunt te aque ⁊ timuerũt: ⁊ turbate sunt abyssi.

Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes.

Etenim sagitte tue transeunt: vox tonitrui in rota.

Illuxerunt coruscationes tue orbi terre: cõmota est ⁊ contremuit terra.

In mari via tua, ⁊ semite tue in aquis multis: ⁊ vestigia tua non cognoscentur.

Deduxisti sicut oues populum tuum, in manu Moysi ⁊ Aaron.

Gloria patri ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ semper: ⁊ in secula

seculorum. Amen.

¶ Quibus dictis deposita mitra surgit Pōtifex, & dicit. Oremus. Oratio.

Omnipotens dominator Christe: qui secundum carnis assumptionem, dormiens in naui, dum oborta tempestas maria conturbasset, te protinus excitato & imperāte dissiluit. Tu necessitatibus populi tui benignus succurre: tu hoc tintinabulum spiritus sancti rore perfunde: vt ante sonitum illius semper fugiat bonorum inimicus: inuitetur ad fidem populus christianus: hostilis terreatur exercitus: confortetur in domino per illud populus tuus conuocatus, atq; sicut super dauidicam cytharam delectatus desuper descendat spiritus sanctus, & vt Samuele crinigero agnum mactante, in holocausto tuo rex eterni imperij fragor aurarū turbam repulit aduersantium. Ita dū huius vasculi sonitus transierit per nubila: ecclesie tue conuentum manus conseruet angelica fruges: credentium mentes & corpora saluet protectione sempiterna: per te Jesu Christe. Qui viuis & regnas in vnitate eiusdem spiritussancti deus. Per omnia secula seculorū.

Responsorium Amen.

Benedictio signi vel campane.

¶ Demum diaconus sacris vestibus albi coloris paratus dicit. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

¶ Sequentia sancti euangelij secundū Lucam. Gloria tibi domine.

In illo tēpore. Intrauit Jes⁹ in quodam castellum: ⁊ mulier quedam Martha nomine, excepit illum in domum suam: ⁊ huic erat soror nomine Maria: que etiam sedēs secus pedes dñi audiebat verbū illius. Martha autem satagebat circa frequēs ministerium. Que stetit ⁊ ait: Dñe, non est tibi cure quod soror mea reliquit me solam ministrare: Dic ergo illi vt me adiuuet. Et respondens dixit illi dominus: Martha, Martha solicita es, ⁊ turbaris erga plurima. Porro vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit: que non auferetur ab ea.

¶ Finito euangelio, Pontifex osculatur librum euangeliorum, per vnum ex ministris sibi porrectum, tum producit super campanā benedictam signum crucis: ⁊ discedēs reuertitur ad locum vbi paramēta accepit: in quo dimissis sacris vestibus, vadit in pace.

Finis.

¶ Benedictio cinerum in principio. xl.

Adiutorium nostrum in nomine domini. Qui fecit. Sit nomen domini benedictum. Ex hoc nunc & usque in seculum. Oremus.

Oratio.

Omnipotens sempiterne deus parce metuentibus, ignosce peccãtibus, propitiare supplicantibus: & mittere digneris sanctum angelum tuum de celis qui benedicat & sanctificet cineres istos: ut sint remedium salubre omnibus nomen tuum humiliter implorantibus: ac semetipsos pro conscientia delictorum suorum accusantibus: atq; ante conspectum diuine clementie tue facinora sua deplorantibus, uel serenissimã pietatem tuam suppliciter obnoxique implorãtibus: presta quesumus, per inuocationem sancti tui nominis, ut quicunque eos super se asperserint, pro redemptione peccatorum, corporis & anime sanitatem ac tutelam recipiant. Per dominum. Oremus.

¶ Alia oratio.

Deus qui humilitate flecteris, & sanctificatione placaris, aures tue pietatis inclina precib⁹ nostrı̃, & capitibus seruorũ tuorum, qui hos cineres se humiliando acce-

perint, per eorundem cinerum infusionem, gratiam infunde tue bene✠dictionis: vt eos spiritum compunctionis repleas, & que fideliter postulauerint, efficaciter tribuas, concessa perpetua stabilitate, in ea manere concedas. Per dominum. Oremus.

Oratio.

DEus qui non mortem sed penitentiã desideras peccatorum, fragilitatem conditionis humane, benignissime respice, & hos cineres quos causa preferende humilitatis, atque venie promerende capitibus nostris imponi decreuimus, bene✠dicere pro tua pietate digneris, vt qui nos esse cinerem & ob prauitatis nostre meritum in puluerez recursuros, nos esse credimus, peccatorum omnium veniam & premia penitentibus repromissa, misericorditer consequi mereamur. Per dominum nostrum Jesum Christum.

¶ Tunc sacerdos aspergat eum hyssopo desuper aquam benedictam: & ante altare imponat capitibus singulorum de illis cineribus, dicendo submissa voce.

Penitentiam age in cinere & cilicio, & memento quia cinis es, & in cinerem reuerteris. ✠

¶ Benedictio crucis quando leuatur.

Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟ Qui fecit celum & terram. Sit nomen domini benedictum. Ex hoc nunc & vsque in seculum. Oremus.

Benedic domine hanc crucem, per quam eripuisti mundum à potestate demonum, & superasti passione tua suggestorē peccati, & qui gaudebat ex preuaricatione primi hominis per lignum vetitum, tristis tamen dimisit per lignum crucis tue, quos antea seductos habuit: sanctifica, quesumus Domine, istud signaculum passionis tue, vt inimicis tuis obstaculum, & in te credentibus perpetuum fiat vexillum. Qui viuis.

Non dicitur Oremus.

Rogam⁹ te, Domine sancte, pater omnipotēs, eterne Deus, vt digneris bene ✠ dicere hoc lignum crucis, vt sit humano generi remedium salutare, sit soliditas fidei, profectus bonorum operum, redemptio animarum, protectio atque tutela cōtra seua iacula inimici. Per Christum dominum.

Oremus.

Omnipotēs, sempiterne Deus, qui perdito mundo, lignum redemptionis tue

crucis predestinasti, bene ✠ dicere digneris hoc signum, similitudine tue crucis signatū, & prepara in ea tuis fidelibus virtutem, inimicis autem obstaculum ad augendum tuo nomini credentium chorum virtute celesti. Qui viuis & regnas.

Oratio.

Omnipotens, sempiterne Deus, pater domini nostri Jesu Christi, tu conditor celi, tu conditor animarum & syderum, tu fundasti terram super stabilitatem suam, tu creasti mare, solus omnipotens, Deus sine principio & sine fine bene ✠ dic hāc fabricam tuam ad instar & imaginē crucis, in qua passus est filius vnigenit⁹ Jesus Christus pro salute mundi, que fuit diffusa in ore proprio, decorata sanguine Jesu Christi filij tui: bene ✠ dic etiam & consecra illam in honorem & memoriam nominis tui, vt sit benedicta et consecrata, inter mysteria ecclesiastica in honore sancte Trinitatis. In qua viuis & regnas Deus.

¶ Hic extergat crucem cum lintheolo et ponat incensum dicendo.

Oremus.

Deus glorie excelse, sabaoth fortissime, Deus pater veritatis, pater sapientie, pater beatitudinis bone & pulchre, pater vigilationis, pater illuminationis nostre, qui mundum regis, cuncta regna disponis, qui es bonorum collator munerum, & bonorum omnium tributor: cui gentes et populi seruiunt, cui angelorum omnis religio famulatur: qui largiris famulis tuis, vnde ad laudem nominis tui, debita tibi vota persoluant, cui prius fides sanctificatur quam oblatio: quesumus exorabilem tue misericordie pietatem, vt sancti ✠ fices atque consecres quod famuli tui religiosa fide construxerunt tropheum victorie tue, & redemptionis nostre, quod in amore Christi tui triumphalis in euum glorie consecrauit: Accipe hoc signum crucis insuperabile, per quod diaboli exinanita est potestas, ablata mortalitas, restituta libertas, que licet aliquando fuerit in pena, nunc tamen versa est in honore per gratiam, & que quondam reos puniebat supplicio, nunc obnoxios absoluit à delicto criminum cunctorum, per quam tibi placuit nos redimere.

Nullum tibi dedicatum amplius munus est corporis ibi dedicauit affixio, nec tibi est magis familiaris oblatio quam quod manuum tuarum obtẽsione sacrata est. Illis ergo manibus hanc accipe quibus illã amplexus est, & sanctitate illius hãc sancti ✠ fica. Ac sicuti per illam mundus expiatus est à reatu: ita offerẽtium famulorum tuorum anime deuotissime huius crucis signo & obseruationibus delictorum omnium beniam omniqꝫ careant perpetrato peccato, & bere crucis birtute obtecti, enitescant successibus assiduis triũphorum. Per eundem Christum dominum.

Tunc liniat crucem cum oleo in modum crucis, dicens.

Consecrare & sanctificare digneris, domine Deus omnipotens hanc ✠ crucem, per istam bnctionem nostram, & benedictionem in Christo Jesu domino nostro. Qui tecum biuit & regnat.

Hic aspergat crucem Sacerdos cum aqua benedicta, dicens.

Sanctifica, quesumus domine, crucem istam, quam dignatus es pro mundi salutẽ ascendere ad redimendum per passionem tuam genus humanum, quando in ca-

ptiuitate diabolicæ laqueis capiebatur. Itaque nunc istud salutiferum lignum per medicinã vnctionis tue olei, & aspersionis huius aque ad liberationẽ generis humani, ad effugandos demones, ad expellẽdos morbos omnes, & omnes languores animarum, per inuocationem nominis tui consecrare digneris Iesu Christe. Qui viuis & regnas Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Oremus.

DEus, cui cuncte obediunt creature, et omnia verbo tuo in sapientia tua fecisti, quique etiam per lignum sancte crucis filij tui pio nos cruore redimere dignatus es, supplices quesumus ineffabilem clementiam tuam, vt tu qui es lignum vita paradisi, & reparator in nobis omnibus in te credentibus requiescas. Per eundem.

¶ Benedictio Nauis.

Adiutorium nostrum in nomine domini. Qui fecit celum & terram. Sit nomen domini benedictum. Ex hoc nunc & vsque in seculum. Oremus.

PRopitiare dignare Domine supplicationibus nostris, & bene ✠ dic nauem

istam dextera sancta tua, et omnes qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedicere archam Noe, ambulantem in diluuio: & Abraham, & Isaac, & Iacob. Porrige eis dexteram sicut porrexisti beato Petro ambulanti supra mare, & mitte sanctum angelum tuum de celis qui liberet & custodiat eam semper à periculis vniuersis, cum omnibus que in ea deferēda sunt, ac famulos tuos, repulsis cūctis aduersitatibus, portu prospero et cursu tranquillo tuearis: transactoque mari et perfectis omnibus negotiis, iterato patrie ad propria cum omni gaudio reuocare digneris. Per dominum nostrū Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit.

Tunc aspergatur nauis aqua benedicta per circuitum dicendo.

Asperges me domine. vel Vidi aquam. Si fuerit in tempore Paschali. V. Ostende nobis domine misericordiam tuam. R. Et salutare tuum da nobis.

Oremus.

Exaudi nos domine sancte pater omnipotens Deus, & mittere digneris sanctum angelum tuum de celis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, & defendat omnes

habitantes in hac naui, et in cunctis habitaculis bonis. Per Christũ dominũ nostrum. Amen.

¶ De benedictione armorum.

Pontifex benedicturus arma, que aliquis ministrorum coram eo tenente, aut supra altare, vel aliquam mensam ponuntur stans sine mitra, dicit. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terrã. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Signaculum, et benedictio Dei omnipotẽtis pa ✠ tris et fi ✠ lij et spiritus ✠ sancti descendat super hec arma, et super induentem ea, quibus ad tuendam iustitiam induatur. Rogamus te domine Deus vt illum protegas et defendas. Qui viuis et regnas Deus. Per omnia secula seculorum. Responsorium. Amen.

Alia Oratio. Oremus.

Deus omnipotens in cuius manu victoria plena consistit: quique etiam Dauid, ad expugnandum rebellem Goliam, vires mirabiles tribuisti, clementiam tuam humili prece deposcimus, vt hec arma almifica pietate bene ✠ dicere digneris:

& concede famulo tuo N. eadem gestare cupienti, ut ad munimen ac defensionem sancte matris Ecclesie, pupillorum & viduarum, contra inuisibilium & visibilium hostium impugnationē ipsis libere & victoriose vtatur. Per Christum dominum. &c. ℟. Amen.

Deinde aspergit ea aqua benedicta.

¶ De benedictione tabernaculi siue vasculi pro Eucharistia conseruanda.

Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum & terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotēs sempiterne Deus, maiestatem tuā supplices deprecamur, vt vasculum hoc pro corpore filij tui domini nostri Jesu Christi in eo condendo fabricatum bene ✠ dictionis tue gratia dicare digneris. Per eundem dominū nostrum &c. ℟. Amen.

¶ Benedictio domus.

Adiutorium nostrum in nomine domini. &c.

Oremus.

Bene ✠ dic domine Deus omnipotēs locum istum, vt sit nobis in eo sanitas,

sanctitas, & castitas: virtus, victoria & sanctimonia: humilitas, bonitas, mansuetudo, & lenitas: plenitudo legis, charitas & amor proximi: obediētia Deo Patri & Filio & Spiritui sancto, hec sit semper bene ✠ dictio super hanc domum, & super habitantes in ea. Per.

Tunc fiat aspersio cum aqua benedicta.

¶ Benedictio ad fruges nouos.

Adiutorium nostrum. ℟. Qui fecit. &c. ℣. Sit nomen domini. ℟. Ex hoc nunc. &c.

Oremus.

Domine sancte pater omnipotēs, eterne Deus, qui celum & terram, mare & omnia creasti, te supplices quesumus, vt hūc fructum nouum bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris, & multiplicare abundanter: offerentibus tibi replere cellaria fortitudine frumenti, vini, & olei, vt letantes in eis, referant tibi Deo omnipotenti laudes & gratias. Per Christum. &c.

Benedictio ad omnia quecunque volueris, habet supra. fol. cj.

Benedictio in peste animalium egrotantiū. Primo aspergantur cum aqua benedicta,

De Purificatione mulierum

Postea dicatur. Adiutorium nostrum in nomine domini: ℟. Qui fecit Oremus.

MIsericordiam tuam Domine supplices exoram⁹, vt hec animalia que graui infirmitate vexantur, in nomine tuo atqꝫ tua benedicta virtute sanentur: extinguatur omnis diaboli potestas ne vlterius egrotent tu eis Domine sis defensaculum vite eorum, ⁊ remedium sanitatis. Qui viuis ⁊ regnas.

¶ De Purificatione mulierum post partũ.

Mulieres post partũ completo certo dierũ numero, vt moris est, accedant ad ecclesiam missam auditure: ⁊ cum sacerdos dixerit offertorium, vadunt ad cornu sinistrum altaris vt osculentur patenam, deinde reducãtur ad loca sua, ⁊ ibi stẽt quousqꝫ finiatur Missa, qua finita reducãtur ad gradũ altaris, ⁊ ibi stẽt flexis genibus, quãdiu sacerdos exutus casulã, vl⁹ eã tenendo patenã in manu dicet. In principio. ⁊c ⁊ ibi. Verbum caro. faciat osculari patenam. postea dicat añ. Te inuocamus ⁊c. ℣. Sit nomen domini ⁊c. ℟. Ex hoc nunc ⁊c. Oremus.

PRotector in te sperantium deus sine quo. ⁊c. Christus vincit, Christus regnat, Christum imperat, Christus ab omni malo te li=

beret & defendat: Et bene ✠ dictio dei patris omnipotentis, & filij & spiritussancti descendat super te & maneat semper. Amen.

Et missa completa presbiter in manibus tenens panem ad benedicendum aptum dicat.

Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum & terram. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & usque in seculum. Oremus.

Benedic Domine hanc creaturam panis, qui benedixisti quinque panes in deserto, vt manducans eum, purgata a vitiis salutē cōsequatur mētis & corporis. In nomine pr̄is & fi ✠ lii & spirit⁹ sācti Amē.

Quo sic benedicto, & aqua benedicta cōsperso tradat mulieribus ad commedendum, & sic recedunt cum ceteris. ¶ Si vero graui infirmitate ante tempus Purificandi in domo detineatur, & requirat se esse purificandam. Presbiter accedat ad eam & dicat euangelium sācti Joannis, scilicet. In principio. Deinde det mulieri panē prius per eum benedictum ad commedendum, & stolam ad osculandum, aspergatque eam aqua benedicta & recedat Si antē voluerit recipere corp⁹ christi nulla alia purificatio peragenda est.

¶ Finis.

Explicit Manuale secundum ritum insignis Ecclesie Nanetensis.

PARISIIS,

Ex typographia Joannis le Blanc, impensis honestorum virorum Mathurini Papolin, & Gabrielis le Plat bibliopolarum Iuratorum vniuersitatis Nanetensis, & ibidem commorantium.









